


C 550.4



PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU

BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRÆ, UNIFORMIS, COMMODA, ŒCONOMICA,
OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM, SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS
ET AD PHOTII TEMPORA (ANN. 891) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER DUODECIM PRIMA
ECCLESIE SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS,
PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA ;

DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA ;
OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS
DETECTIS AUCTA ;

INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI
SUBSEQUENTIBUS, DONATA ;

CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM
DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA ;

OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM
ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA ;

DUCENTIS ET AMPLIUS INDICIBUS LOCUPLETATA ; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO
SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE
PATRUM, ARSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THIEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR ;

ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET
IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS,

A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT :

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS,
CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS
TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTEM
SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA,

SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM,
PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES,

LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA,

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIE GRÆCÆ
A S. BARNABA AD PHOTIUM.

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIE, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA. ALIA GRÆCO-LATINA. LATINA, JAM PENITUS EXARATA, VIGINTI-QUINQUE ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, MOXVE POST PERACTOS INDICES STABIT, AC QUINQUE-VIGINTI-CENTUM ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALIS AMPECTITUR, ET AD DUODECIM ET CENTUM VOLUMINA UNA CUM INDICIBUS PERVENIET ; POSTERIOR AUTEM HANC VERSIONEM TANTUM EXHIBET, IDEOQUE INTRA OCTO ET QUINQUAGINTA VOLUMINA RETINEBITUR. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR : UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUIUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM COMPARET NECESSE ERIT ; SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT. ATTAMEN, SI QUIS EMAT INTEGRÆ ET SHORUM COLLECTIONEM GRÆCO-LATINAM, VEL EAMDEM EX GRÆCO LATINE VERSAM, TUM QUODQUE VOLUMEN PRO NOVEM VEL PRO SEX FRANCIS OBTINEBIT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS CI.

PHOTIUS CONSTANTINOPOLITANUS PATRIARCHA.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,

IN VIA DICTA D'AMBOISE, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARIORIUM VULGO D'ENFER
NOMINATAM, SEU PETIT-MONTROUGE, NUNC VERO INTRA MOENIA PARISIENSIA.



1863. July 8.
Vol. 101-104. Fr. 36, 31.
May 1863.

1863
1-9

SÆCULUM IX, ANNUS 891.

ΦΩΤΙΟΥ,

ΠΑΤΡΙΑΡΧΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ,
ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

PHOTII,

CONSTANTINOPOLITANI PATRIARCHÆ,
OPERA OMNIA

IN CLASSES QUINQUE DISTRIBUTA :

EXEGETICA, DOGMATICA, PARENETICA, HISTORICA, CANONICA;

CURIS VARIORUM, NEMPE :

CHRISTOPHORI WOLFII, ANG. ANT. SCOTTI, FRANC. COMBESII, CARD. BARONII, STEWARTII, RICHARDI MONTACUTII, ANTIMII REMNICENSIS EPISCOPI, FR. SCORSI, JOANN. BAPT. COTELERII, JUSTELLI, VOELLI, FONTANI, CORDERII, ANDRÆ SCHOTTI, CRAMERI, CARD. ANG. MAII, JAGERI, EMMANUELIS BEKKERI, JOSEPHI HERGENROETHER,

JAM ANTEA LUCE DONATA, PARTIM NUNC PRIMUM EDITA;

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS PRIMUS.

VENEUNT 4 VOL. 42 FRANCIS GALLICIS.

EXCUEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA D'AMBOISE, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARIORUM VULGO D'ENFER
NOMINATAM, SEU PETIT-MONTROUGE, NUNC VERO INTRA MOENIA PARISIENSIA.

1860

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO CI CONTINENTUR

PHOTIUS CONSTANTINOPOLITANUS PATRIARCHA.

Patrologiæ Editorum Præfatio.

PHOTII OPERUM PARS I. — EXEGETICA.

<i>Josephi Hergenræther Dissertatio de Photii quæstionibus Amphilochiæ.</i>	col. 1
<i>Præfationes.</i>	21
Photii Amphilochia, sive in sacras litteras et quæstiones diatribæ. — (<i>Quæstiones</i> 15, 77, 78, 137-147, 154, 226, 229, 233, 240, 242, 243, 273 <i>nunc primum procedunt. Quæstiones</i> 2-5, 7-20, 22-24, 44-72, 75, 77, 78, 129, 130, 137-148, 151, 154, 166, 169, 174-179, 187, 188, 223, 224, 226, 228-231, 233-236, 238, 240, 242, 243, 245-247, 249-259, 261-297, 299-305, 313-317, 319-321 <i>latinitate donavimus</i>).	45
<i>Indices septem in Quæstiones Amphilochianas.</i>	1171
<i>Commentariorum in Novum Testamentum quæ supersunt.</i>	1187
<i>Supplementum ad quæstiones Amphilochianas *</i>	1277

* Quæstiones 148, 187, 228, 229 (pars posterior) 230, 231, 319, 320, 321 absoluto jam volumine datum est detegere. Has, cum suum jam non possint locum obtinere, ad calcem voluminis apponendas curavimus.

IN OPERA PHOTII

NUNC PRIMUM COLLECTA

EDITORUM PATROLOGIÆ GRÆCÆ PRÆFATIO.

I. — *De persona et gestis Photii.*

Photius scriptorum suorum copia et doctrina celebris, at facinoribus, quibus diu Ecclesiam perturbavit, et terribilissimum schisma inauguravit, longe celebrior evasit. Cujus indolis et agendi rationis notitiam ut lector ab initio perspectam habeat, gesta ejus brevissimis verbis enarrabimus.

Ignatius Michaelis Curopalatae, imperatoris Constantinopolitani filius, sed ab infantia a Leone Armeno eviratus, ne jura regni sibi unquam vindicaret, monachus S. Satyri et sacerdos factus, anno 846, in patriarcham Constantinopolitanum electus est, et sedem patriarchalem Novæ Romæ, omnium virtutum sacerdotalium splendore illustravit. Tunc temporis imperium administrabat, veluti filii sui tutrix Theodora, Michaelis ebrii mater, quæ anno 842, hæresim Iconoclastarum, postquam per annos centum et viginti vineam Domini vastasset, tandem suffocavit.

Michael, cum annum vigesimum primum ætatis suæ attigisset, anno scilicet 857, suasu Bardæ Cæsaris, et avunculi sui, tutelam matris excussit, et quo facilius pravis suis cupiditatibus indulgeret, matrem et sorores in monasterium detrudi ac tonderi jussit. At iniquæ suæ sententiæ consentire noluit Ignatius patriarcha, vir pius et justus, qui hac de causa Michaellem vehementer offendit et a sede patriarchali, die 23 Novembris anno 857, non sine vi, expulsus est.

Sceleris hujus præcipui auctores fuerunt Bardas Cæsar et Michael imperator; at ejusdem cooperatores erant Photius, adhuc laicus, qui sedem patriarchalem ambibat, et Gregorius Abeste, episcopus Syracusanus, quem Ignatius, an. 847, ob facinora sua, episcopali dignitate spoliaverat. Gregorius, jussu imperatoris, Photium laicum, 5 dierum spatio ad sacros ordines et ad ipsum episcopatum, in contemptum SS. canonum, promovit, ita ut Photius die 25 Decembris ejusdem anni 857 thronum patriarchalem conscenderet.

Episcopi provinciæ Constantinopolitanæ omnes, exceptis tantum viginti et uno, mox in ecclesia S. Irenes Constantinopoli convenerunt, et Photium tanquam canonum contemptorem et sedis alienæ invasorem, deposuerunt et anathemate percusserunt.

At Photius auctoritate Bardæ et Michaelis fretus, viginti et unum episcopos sibi adhærentes congregavit in templo SS. Apostolorum, et Ignatium ob ficta crimina deposuit, eique anathema dixit.

Conventus illi duo, anno 859 celebrati sunt; at nedum pacem restaurarent, discordiam novis incrementis auxerunt.

Ideo Photius auctoritatem primæ sedis sibi conciliandam esse putavit, quo tandem adversarios opprimeret, et quiete sua usurpatione frueretur.

Misit itaque ad Nicolaum I Romanum pontificem litteras venerationis, humilitatis ac subjectionis plenas, quibus postulavit ut summus pontifex Constantinopolim legatos mitteret, qui dissidentes episcopos audirent, et perturbatam pacem restituerent.

Nicolaus votis Photii annuit et, anno 860, hujus negotii tractandi causa Constantinopolim misit Rhodoaldum et Zachariam episcopos, qui cum a Photio fuissent circumventi, partim ex timore, partim ex pusillanimitate, in concilio 318 episcoporum quos Photius convocaverat, in depositionem Ignatii consenserunt.

At eodem anno 861, Nicolaus, postquam legatorum suorum prævaricationem cognovisset, Romæ concilium coadunavit et, coram legato Michaelis imperatoris CP., declaravit se suos legatos Constantinopolim non misisse ut depositionem Ignatii et usurpationem Photii ratas haberent, sed ut statum rerum indagarent et de remediis ad sanandam cleri discordiam aptis sententiam proferrent. — Deinde post biennium, cum Photius a fovendo schismate Constantinopolitano, et ab exercenda tyrannide non cessaret, Nicolaus I, an. 863, in concilio Romano, ea quæ an. 861 contra Ignatium acta fuerant rescindit, Photium usurpatorem alienæ sedis declaravit, et legatos suos, quæ prævaricaverant, episcopatu et communione ecclesiastica privavit.

Nedum Photius supremæ auctoritatis judicio, quod provocaverat, acquiesceret, in illud audacter rebellavit, et eo temeritatis devenit, ut proprio Marte acta cujusdam concilii œcumenici ex capite fingeret, in quo Nicolaum I excommunicaret, Ecclesiam Latinam conviciis et calumniis impeteret, exprobrando ipsis quod Symbolum fidei mutaverant, cæteraque gravamina jam prolata, exaggerando. De Photio scribens Anastasius Bibliothecarius :

« Verum iste falsarius, ait, falsorum excessuum adversus insontem absentem et invictum, mendacem codicem compilat, mille circiter antistitum subscriptiones falsas interserit, sibi nemine prorsus consentiente

vel conscribente ex illa numerosa episcoporum multitudine, nisi uno et viginti præsulibus. Unde jam profusius sancti habitus viri eum fugiunt, et quasi squalorem quemdam declinant, alterum Dioscorum hunc appellantes, et præcursorem Antichristi, imo ipsum Antichristum existimantes, quem scilicet hominem peccati illiique perditionis Apostolus appellasset, qui profecto extolleretur supra omne quod dicitur Deus aut quod colitur * (a). »

Episcopi Orientis, exceptis viginti et uno, contra audaciam Photii reclamarunt, dicentes inauditum esse, nec justum, sententiam ab inferiori in superiorem ferri; sed Photius ab incæptis non abstinuit, sed in pervicacia perstitit, donec paulo post mutato rerum statu, Photius a Basilio Macedone ex ecclesia CP. ejectus est. Anno scilicet 867, quo Photius Acta pseudoconcilii finxerat, Michael imperator, gravi suspitione motus, Bardam avunculum trucidavit opera Basilii Macedonis, quem cum imperio suo associasset, interfectorem expertus est. Basilius summa auctoritate potitus, Photium ejecit, et Ignatium ab exsilio revocatum sedi patriarchali restituit, moxque Hadrianum II, qui eodem anno 867 Nicolaus I successerat, adiit, ut missis legatis statum ecclesiæ C.-P., diro schismate perturbatum, componeret.

Postquam, convocato concilio Romano, Hadrianus Photium, ob pronuntiatum in Nicolaum I, anathema, solemni sententia excommunicasset, et ea quæ pro pace Ecclesiæ Constantinopolitanæ a sancta sede apostolica decreta fuerant, confirmasset, Constantinopolim legatos misit, ut interessent octavo concilio œcumenico, quod CP. celebratum est a die 5 Octobris an. 869, ad 28 Februarii an. 870.

In eo concilio, juxta formam a sacris canonibus præscriptam, Photius a patriarchatu et a sacerdotio solemniter depositus fuit, et ad communionem laicam redactus, dummodo resipisceret. Cum autem se auctoritati concilii subdicere renuisset, anathemate percussus est. In singulis sessionibus Patres ipsi anathema indixerunt, his verbis: Photio invasori, Photio sæculari et forensi, Photio neophyto et tyranno, Photio schismatico et damnato, Photio mœcho et parricidæ, Photio fabricatori mendaciorum, Photio adultero et interfectori, Photio inventori perversorum dogmatum, Photio novo Dioscoro, Photio novo Judæ, anathema!

Cum Photio excommunicati et depositi sunt nonnulli episcopi, qui causam suam a causa ejus sejungere noluerunt; sed pax interea restituta est, donec Ignatio vita functo, Photius novis artibus benevolentiam imperatoris Basilii captavit, et ab ipso obtinuit ut in sedem patriarchalem restitueretur. Id æn. 877 accidit, jam non obsistente Joanne VIII Romano pontifice, qui, ob iniquitatem temporum et ad cavenda majora mala, Photium restitui permisit, eo tamen pacto, ut præteritorum facinorum veniam a concilio peteret et obtineret. In genuina enim epistola quam Joannes VIII ad episcopos Orientis scripsit, ita mentem suam aperit: « Nunc itaque aliis patriarchis, Alexandrino videlicet et Antiocheno et Hierosolymitano, atque omnibus archiepiscopis metropolitibus, episcopis et sacerdotibus, cunctoque clero Constantinopolitanæ sedis, qui de ordinatione beatæ memoriæ Methodii et Ignatii, reverendissimorum patriarcharum, existunt, una voluntate, parique voto consentientibus, eundem Photium satisfaciendo, misericordiam coram synodo, secundum consuetudinem postulante, in vera dilectione fratrem, in pontificali officio comministrum, atque coram synodo misericordiam querendo, in pastoralis magisterio consacrotum, pro Ecclesiæ Dei pacæ et utilitate amodo Christo favente, recipimus et habemus (b). »

Photius, jussa Romani Pontificis nihil moratus, epistolam Joannis VIII suppressit, et novam finxit in qua Romanus pontifex summas laudes Photio tribuit, tanquam viro integerrimo et inculpato, a quo episcopi olim Ignatio adhærentes veniam petere debent, quique ab omnibus veluti legitimus pastor absque ambagibus suscipiendus est. Deinde idem Photius, cum fuisset restitutus in sedem patriarchalem CP., denuo ex suo capite finxit acta synodi œcumenicæ, eo tantum fine ut auctoritatem concilii œcumenici octavi aboleret, et omnia quæ contra ipsum olim canonicè acta fuerant rescinderet. Hunc in finem ausus est etiam fingere circumstantias quæ non tantum a veritate, sed etiam ab omni veri similitudine alienæ sunt. Induxit, exempli gratia, legatos Joannis VIII dicentes, episcopos qui in œcumenica synodo VIII locum patriarcharum Alexandrini, Antiocheni et Hierosolymitani tenere censebantur, non ab ecclesiis sed a Saracenis missos fuisse: idque dictum fuisse finxit coram ipsis legatis qui nomine patriarcharum octavæ synodi interfuerant! Falsarium Photio audaciorum et impudentiorum, nullum commemorant Ecclesiæ annales. Acta synodi quam anno 867 cum mille subscriptionibus supposititiis finxerat et artificiosè describi curaverat, in concilio VIII cremata sunt: sed acta pseudo-synodi quæ anno 878 ex capite composuit, hactenus habentur; imo pro actis ipsius octavæ synodi œcumenicæ, apud Græcos schismaticos plerumque recipiuntur, repudiata vera synodo octava in qua Photius canonicè depositus et excommunicatus est. Porro acta illa legenti, si Photii scribendi et fingendi rationem perspectam habeat, ipsa fictitia esse, ipso suo contextu manifestant. Juvat tamen conferre documenta genuina quæ exstant, cum eisdem documentis a Photio fictis, ut ex. gr. epistolam Joannis VIII veram, quæ Latine servata est, cum epistola Joannis fictitia, quam Photius actis suis inseruit, ut impudentia falsarii sole clarius luceat.

Ne autem partium studio abrepti videamur, quid de Photio senserint cœtanei et gestorum ejus oculati testes, in medio proferre volumus. Mentem concilii œcumenici octavi, ex imprecationibus et anathematismis, supra recensitis, unusquisque intelliget. At operæ pretium est huc etiam adducere sententiam

* II Thess. II.

(a) Anast. bibl. Præf. Conc. acut. VII. Hard. V, 752. (b) Act. Concil. VIII œcum. Hard. V, 1166.

Nicetæ Paphlagonis, viri pii, docti, moderati ingenii et ut videtur prorsus ingenui, qui, dum vitam patriarchæ Ignatii sedulo et accurate describeret, de meritis ac vitiis Photii tacere non potuit. Is quid valeret Photius natalibus, studio, doctrina et moribus, sponte enarrat, sed postea etiam in quo peccaverit sincere exponit. Audiatur igitur ille testis quem nec odium nec amor, sed veritatis exponendæ desiderium unice movit.

« Ἐπειδὴ τοίνυν οἱ παρὰ τοῦ βασιλέως τότε πολλὰ πειράσαντες, τὸ πρὸς παρανομίαν ἐνδοσίμον οὐχ οἷοιτα ἐγγόνεισαν παρὰ τοῦ Ἰγνατίου λαβεῖν, γενναίαις ἐνστάσεσι παραιτήσασθαι μὴ καταδεξαμένου, παρ' ἑαυτῶν ἔλαβον τοῦτο λοιπὸν · καὶ πλείστα καθ' ἑαυτοὺς συσχεψάμενοι, καὶ πᾶσαν κεκινηχότες βουλήν, Φώτιον πρωτοσπαθάρην τε θντα καὶ πρωτασηκρήτην, εἰς ἀρχιερέα τῆς βασιλίδος προχειρίζονται. Ἦν δὲ οὗτος ὁ Φώτιος οὐ τῶν ἀγεννῶν τε καὶ ἀνωνύμων, ἀλλὰ καὶ τῶν εὐγενῶν κατὰ σάρκα, καὶ περιφανῶν, σοφία τε κοσμικῆ καὶ συνέσει τῶν ἐν τῇ πολιτείᾳ στρεφομένων εὐδοκιμώτατος πάντων ἐνομίζετο. Γραμματικῆς μὲν γὰρ καὶ ποιήσεως, ῥητορικῆς τε καὶ φιλοσοφίας, ναὶ δὴ καὶ λατρικῆς, καὶ πάσης ὀλίγου δεῖν ἐπιστήμης τῶν θύραθεν τοσοῦτον αὐτῷ τὸ περιδόν, ὡς μὴ μόνον σχεδὸν φάναι τῶν κατὰ τὴν αὐτοῦ γενεάν πάντων διενεγκεῖν, ἤδη δὲ καὶ πρὸς τοὺς παλαιούς αὐτὸν διαμιλλᾶσθαι. Πάντα γὰρ συνέτρεχον ἐπ' αὐτῷ, ἡ ἐπιτηδείότης τῆς φύσεως, ἡ σπουδὴ, ὁ πλοῦτος, δι' ὃν καὶ βίβλος ἐπ' αὐτὸν ἔρρει πᾶσα · πλείον δὲ πάντων ὁ τῆς δόξης ἔρωσ, δι' ὃν αὐτῷ καὶ νύκτες δῦπνοι περὶ τὴν ἀνάγνωσιν ἐμμελῶς ἐσχολακῶτι. Ἐπει δὲ καὶ πρὸς τὴν Ἐκκλησίαν αὐτὴν, ὡς μὴ ὄφελεν, ἐπεισελθεῖν ἔδει, καὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν διὰ τοῦτο βιβλίων τῆς ἀναγνώσεως οὐ κατὰ πάρεργον ἐπεμελήθη· ἀγνόημα δὲ ἠγνόησεν, ἢ εἰπω θεολογικῶς, σφόδρα τῆς αὐτοῦ σοφίας ἀνάξιον. Οὐ γὰρ ἠθέλησεν προσέχειν τὸν νοῦν, δτι *Εἰ τις θέλει σοφός γενέσθαι ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, μωρός γενέσθω, ἴνα γένηται σοφός.* Οὐδὲ τὴν ἔδον ἐλλετο τῆς ταπεινοφροσύνης, δι' ἧς ἡ μεγάλη τοῦ Θεοῦ χάρις, καὶ ἡ ἀληθὴς σοφία διδοται καὶ κατορθοῦται · οὐδὲ στραφῆναι καὶ γενέσθαι ὡς τὸ παιδίον διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ βασιλείαν, ὡς ἡ τοῦ Κυρίου διαμαρτυρία, κατεδέξατο · ἀλλ' οὐδὲ σκάψαι τὴν αὐτῷ ψυχὴν, καὶ βαθύναι τὴν διάνοιαν διὰ πάσης ὑποταγῆς, κατὰ Κύριον, καὶ ἀτιμοτέρας ἀγωγῆς καὶ ταπεινόφρονος, καὶ δι' ἀπαθείας οὕτω τῇ πέτρᾳ προσεγγίσει Χριστῷ, καὶ ἐπ' αὐτῷ θεῖναι θεμέλιον πίστεως ἀβραάμ, καὶ δι' ἀγαθῶν πράξεων οὕτω τῆς σοφίας [*Ἰσ. τῆ σοφία*] ἑαυτὸν οἰκοδομεῖν. Οὐ ταῦτα διανέηται ὁ σοφός · πολλοῦ γε δεῖ · καὶ οὐδὲν τούτων ἐπὶ νοῦν ἤλθεν αὐτῷ, ἀλλ' ἐπὶ σαθρῷ θεμελίῳ καὶ ἀμώμῳ, τῇ κοσμικῇ σοφίᾳ, καὶ τῇ ἀλαζονείᾳ τοῦ μὴ κατὰ Χριστὸν πεκαϊδευμένου λόγου τῆν ἑαυτοῦ καρδίαν στηρίζας καὶ τὸν νοῦν, καὶ τοῖς κενῶς τῶν ἀνθρώπων ἐπαίνοις καὶ κρότοις φυσιοῦμενος, καὶ ἐπὶ πολὺ τῇ κενοδοξίᾳ μεταωριζόμενος, δι' αὐτῆς τῆς ἐχθρᾶς τοῦ Θεοῦ ὑπερηφανίᾳ προσεπέλασε, δι' ἧς κακουργίαν τε πᾶσαν, καὶ πᾶσαν σκανδάλων ὑπόθεσιν μυσταγωγεῖται. Ὅθεν ἀδόκιμον ζῆτῷ τὴν τῆς ἱεραρχίας καταβαλόμενος ἀρχὴν, ἀκό-

« Postquam igitur administri regii sæpe tentata re, non potuerunt flectere Ignatium ad id quod inique petebant, suam illo dignitatem fortiter et constanter tuente, a se ipsi consilium de cætero petiverunt ; rebusque inter se diu agitatis, omnemque in partem versatis, tandem Photium protospatharium, et primum a secretis, patriarcham orbis regiæ designant ; hominem sane minime obscurum et ignobilem, sed claris ac illustribus oriundum natalibus, rerumque civilium et politicarum usu, prudentiaque et scientia clarissimum. Grammaticæ enim, litteraturæ et carminis pangendi, dicendique laude, quin et philosophiæ et medicinæ, et omnium prope liberalium disciplinarum externarum studio cognitioneque tantopere florebat, ut ævi sui facile princeps haberetur, imo et cum veteribus jam certare posset. Omnia quippe in illo concurrerant : aptitudo quædam et naturæ vis ac felicitas, studium, opes, quibus sibi librorum omnium maximam copiam comparabat : et, quod præ cunctis, gloriæ laudisque cupido, qua incensus totas noctes, ut lectioni assidue vacaret, ducebat insomnes. Quoniam vero sacrum etiam (quod utinam nunquam fuisset) thronum Ecclesiæ conscensurus erat, sacra quoque et ecclesiastica volumina studiose cœpit lectitare. Verum ut Theologi Nazianzeni ritu loquar, quod sane ipsius sapientia indignum fuit, ignorationem ignoravit. Noluit enim animadvertere, quoniam : *Si quis vult sapiens fieri in hoc mundo, stultus sit, ut sapiens fiat*. Neque viam modestiæ et submissionis ingressus est, qua ad cœlestem gratiam veramque sapientiam pervenitur : neque deposito fastu voluit converti, et fieri ut parvulus, propter regnum Dei, juxta Domini vocem : neque animam suam et mentem altius fodere, et omni subjectione demittere, ut jubet Dominus, per abjectionem humilioremque semitam ; atque ita per affectuum mortificationem petræ Christo conjungi, et super ipsum inconcussam fidei fundamentum ponere, et piis operibus seipsum domicilium sapientiæ constituere. Nihil horum huic venit in mentem, alia omnia cogitabat ; fragili et arenoso, vanæ profanæque sapientiæ fundamento et insolentiæ, non secundum Christum doctrinæ cor suum mentemque confirmandis, vanis hominum laudibus et plausibus inflatus, elatusque inani gloria, per ipsam inimicæ Deo superbiæ se conjunxit : ex quo omnis impietatis, omniumque offensionum materiem edoctus est. Ergo jactis sacerdotii sui improbandis fundamentis, extrema in iis consentanea sortitus est. Nec enim repudiavit Ecclesiam, tanquam a profanis magistratibus profane et sacrilege sibi demandatam ; neque velut

· I Cor. iii. ·· Matth. xviii.

alteri viro nuptam, sibi per adulterium desponderi veritus est, sed contra potius exsultabundus, avide impudenterque in illius complexum ruit, alienamque tanquam propriam palam arrogavit, suaque infantia et dedecore gloriabatur, et laudabatur in iniquitate sua; intraque sex non amplius dies, manibus hominum initiatus, concupitam ecclesiæ cathedram invasit. Eratque vere cernere, ut fertur adagio, extemporalem fictitiumque, seu personatum sanctum. Nam primo die monachus ex laico, altero lector, tum hypodiacoconus, ac diaconus, et presbyter: sexto deinde, qui fuit Christi natalis, et ipse sacrum conscendens tribunal, pacem populo, nihil vera pace dignum cogitans, nuntiavit (c).»

κονος, εἶτα πρεσβύτερος· ἔπειτα τῇ ἑκτη· Χριστοῦ δὲ ἦν τὰ γενέθλια· καὶ αὐτὸς τῷ ἱερατικῷ προσβᾶς θρόνῳ, τὴν εἰρήνην τῷ λαῷ προσεφώνει, μηδὲν τῆς ἀληθινῆς εἰρήνης δεῖον ἐννοοῦμενος. »

Nectarius patriarcha Hierosolymitanus qui sæculo xvii, in libro *De imperio papæ*; quo schisma fovet et se Latinis infestissimum exhibet, candide fatetur Photium ex mera ambitione Ecclesiam universalem per multos annos vehementer perturbasse.

Mitto cæteros scriptores Ecclesiæ Græcæ qui pro unione Ecclesiarum, post natum dissidium laborantes, Photium veluti malorum omnium causam accusant; solius Vecci, patriarchæ CP. medio sæculo xii sententiam proferam, qui asserit Photium primum in ecclesia Orientali posuisse fermentum pessimum, quod Michael Cæularius post centum et septuaginta annos denuo excitavit.

II. — De doctrina et eruditione Photii.

Hæc de Photio dicenda erant, ne vir cujus scripta jam collegimus a nobis præter meritum aut vituperari aut laudari videretur. Fuerit utique callidus, hypocrita, ambitiosus, falsarius, schismaticus, tyrannus, attamen ingenio et eruditione non caruit, ac propterea e choro scriptorum qui libris suis Ecclesiæ profuerunt non omnino ejiciendus est. Præter epistolam et librum quos ad impugnandam processionem Spiritus sancti etiam a Filio exaravit, et acta pseudo-concilii sui cum documentis adnexis quæ ex arbitrio et satis imperite finxit, nihil fere in causam schismatis scripsit; et scripta ejus hodie, ut nobis videtur, neque veritati, neque paci Ecclesiæ ulla ratione obesse possunt, dum e contra ad historiam dogmatis et vicissitudines schismatis delineandas mire inserviunt. Ideo sane acta pseudo-synodi Photianæ quæ ad annum 877 refertur, primum integra edita sunt a R. P. Harduino societatis Jesu presbytero, cum assensu Clementis XI summi pontificis (d).

Non est igitur cur quis formidet ne opera Photii aut veritati catholicæ obsint, aut causæ schismatis prodesse possint.

Quæret quis fortasse quomodo orthodoxiam Photii, in scriptis quæ ad schisma non pertinent, a nobis assertam, conciliemus cum actis concilii viii, quod in *Photium perversorum dogmatum inventorem* anathema pronuntiavit?

Res omni difficultate caret. Narrat enim Anastasius Bibliothecarius qua mira calliditate, non ad asserendam suam opinionem, sed ad tentandam pastorem vigilantiam Ignatii, Photius cum maximo scandalo fidelium docuerit singulos, homines duas habere animas, unam rationalem et aliam animaleam.

Præterea, ait Anastasius, et aliud iniquitatis suæ retiaculum, quo mentes simplicium caperet, texens, quotquot ad exteriorem ab eo disciplinam instruendi veniebant, proprio scripto spondere cogebat se secundum fidem Photii de cætero credituros; quasi duæ fides essent, una scilicet Christi, et altera Photii: et hoc nihilominus callide molitus, ut communionis suæ quoscunque vel quomodocunque laqueis irretiret; et esset impossibile se unquam evelli, quem nimirum constaret tot fixis hæerere radicibus, dum his nec aliam fidem, nisi quam ipse teneret, habere quoquo modo licuisset: quod maximum scandalum mortalibus excitavit, dicentibus: Itane, si Photius hæresiarcha fuerit, debent filii nostri aut fidei catholicæ desertores esse, aut juramenti vel sui chirographi transgressores? erant enim inter eos nonnulli clarissimis natalibus oriundi: nam et ante annos aliquot idem Photius duarum unumquemque hominem animarum consistere prædicabat. Qui cum a Constantino philosopho magnæ sanctitatis viro, fortissimo ejus amico, increpatus fuisset dicente: Cur tantum errorem in populum spargens, tot animas interfecisti? respondit: Non studio quemquam lædendi, talia, inquit, dicta proposui, sed probandi quid patriarcha Ignatius ageret, si suo tempore quælibet hæresis per syllogismos philosophorum exorta pateceret, qui scilicet viros exterioris sapientiæ repulisset: verum ignoravi me sub hujus fomite propositionis tot animas fore læsurum. Ad quod ille: O sapientia mundi quæ infatuatur et destruitur! Jactasti

(c) Vita S. Ignatii, ap. Hard. *Acta conc.* V, 959 et seq.

(d) Beveregius in *Pandectis canonum*, t. II, acta

λουθον ἔσχε τῇ ἀρχῇ τὸ τέλος. Οὐ γὰρ παρητήσατο τὴν ὡς παρὰ κοσμητικῶν ἀρχόντων ἀκόσμως αὐτῷ καὶ ἀθέσμως ἐνδοξομένην Ἐκκλησίαν, οὐδ' ὡς ἑτέρῳ ἀνδρὶ καθηρμοσμένην μοιχικῶς ἐαυτῷ κατεγγυᾶσθαι ἠύλασθη· τοῦναντίον μὲν οὖν καὶ περιχαρῶς, ἢ ἀναιδῶς μᾶλλον, κατηπάξετο, καὶ ὡς ἰδίας τῆς ἀλλοτρίας σαφῶς ἀντεποιεῖτο, καὶ ἐν τῇ αἰσχύνη αὐτῷ ἐγαυρία δοξαζόμενος, καὶ ἐν τῇ ἀδικίᾳ αὐτοῦ ἐνευλογεῖτο καὶ ἐν ἑξ ταῖς δλαῖς ἡμέραις χερσὶν ἀνθρώπων τελειούμενος, τῆς ἐπιθυμουμένης ἐπελαμβάνετο καθέδρας. Καὶ ἦν ἀληθῶς ἐκαίειν ὄρξην ἀσθήμερον ἕγιον πλαττόμενον κατὰ τὴν παροιμίαν. Πρώτῃ γὰρ ἡμέρᾳ μοναχὸς ἀντὶ λαϊκοῦ, τῇ δευτέρῃ δὲ ἀναγνώστης, καὶ ὑποδιάκονος τῇ ἑξῆς, εἶτα διὰ

illa supposititia ex parte ediderat. Harduinus ea integra primum protulit inter *Acta concil.* VI, 213.

sagittas in multitudinem copiosæ turbæ, et ignorasti quemlibet ex his omnibus vulnerandum. Certe omnibus liquet, quia sicut oculi, quantumlibet sint magni et aperti, si fumus palearum interjacuerit, videre ultra non possunt; ita oculi sapientiæ tuæ, quantumlibet sint magni et patuli, avaritiæ tamen et invidiæ fumo penitus obcæcati, transtem justitiæ videre non possunt; ac per id verum est quod dicis, neminem metu tuo putasse esse lædendum, cum sic obcæcatum sensum prædictis adversum patriarcham passionibus habens, nec quid emiseric prævidisti (e). »

Non dubito quin ad hæc Photii scandala alludat concilium œcum. VIII, ubi Photium veluti perversorum dogmatum inventorem perstringit. Porro neque de falsa hac ejus doctrina, nec de aliis perversis dogmatibus in libris ejus editis, quod sciam, quidquam occurrit. Inoffenso igitur pede percurri possunt.

III. — De tentatis editionibus omnium operum Photii.

Quanta e contra utilitas ex iisdem scriptis hauriri possit, testantur juges conatus virorum doctorum sæpius, sed frustra in hoc impensi, ut scripta Photii in unum veluti corpus collecta ederentur, et emendatius quam pridem in lucem prodirent.

Testis est D. Hergenrœther, in dissertatione quam infra edimus, Antonium Catiforum, huic operi olim insudasse. « Antonius Catiforus Zacythius, ait, mira cum assiduitate universa Photii opera colligenda curavit; editionem tamen diligenter præparatam ad finem perducere non potuit (f). » Scripta Catifori et opera ab eo translata, in bibliotheca S. Marci Venetiis servantur, ubi D. Hergenrœther eadem consuluit. Nobis tamen datum non est, ob angustiam temporis, et locorum distantiam, ex laboribus doctissimi Catifori, utilitatem aliquam in hanc editionem nostram derivare.

Ex Annalibus Trivultiensibus ann. 1724 novimus editionem omnium operum Photii tunc temporis ab Anglis fuisse paratam, quæ tamen ad unguem producta non est (g).

Martianus Gerbertus, abbas Congregationis S. Blasii in Silva Nigra, anno 1759 Iter Gallicum suscepit, in quo editorii omnium operum Photii incurrit. Enarrans enim ea quæ Parisiis observaverat, sic scribit: « P. Castel operam dat editioni Photii, sed per decursum demum multorum annorum perfecturum se sperat vir in flore ætatis constitutus; de quo ego insignia quævis ominatus sum ex erudita placidissimaque conversatione in monasterio S. Dionysii cum eo habita (h). »

Tandem, teste card. A. Mai, doctissimus Morellius, in *Catalogo codicum Venetorum*, pag. 95, quem inspicere nobis non licuit: « Conspexam editionis omnium operum Photii concinnavit. »

IV. — De prima hac editione omnium operum Photii.

Nemo igitur hactenus opera omnia Photii collegit: quod nos, quoad licuit, jam præstamus. Ea autem in quinque partes divisimus, quarum prima complectitur opera in S. Scripturam seu exegetica; secunda, opera dogmatica; tertia, opera parænetica; quarta, opera historica; quinta opera canonica: omnia autem quatuor voluminibus; CI, CII, CIII et CIV, *Patrologiæ* nostræ Græcæ describentur.

De singulis quædam notabimus, dicturi deinceps, de operibus Photii, ineditis, deperditis, atque etiam de omissis, vel quia argumenti mere profani sunt, vel quod alio nomine jam a nobis edita sint.

V. — De primo volumine hujus edittonis.

Volumen primum sola opera in S. Scripturam continet, inter quæ eminent Quæstiones Amphiloichiana, quæ etsi, quoad majorem partem, circa S. Scripturam versentur, nonnulla tamen argumenta philosophica et historica attingunt. Nullo enim ordine, nisi fortasse temporis quo scriptæ fuerunt, in codicibus disponantur, sed promiscue, ita ut non temere inquisiverimus, quid, omnibus perpensis, magis expediret, aut codices cæcis oculis exscribere et sequi, aut quæstiones Amphiloichianas juxta ordinem librorum S. Scripturæ, quibus respondent, disponere?

Primo apud nos hoc posterius consilium prævaluit, quia libri usus facilius futurus videbatur, si quidem fere tota collectio Commentariis in S. Scripturam constat; tum etiam quia mirum videri poterat quæstiones profanas, aut philosophicas, quæstionibus scripturariis passim misceri.

Nihilominus tandem prævaluit opinio doctissimi Hergenrœther, qui cum diligentissimam operam collocasset in colligendis, emendandis et elucidandis Photii quæstionibus Amphiloichianis, facilius dijudicare potuit quænam fuerit auctoris mens et intentio. Is, quæstione mature perpensa, putavit ordinem codicis Vaticanus qui omnium præstantissimus est ad amussim sequendum esse, et secutus est, præcipue quia Photius ipse quæstiones a se solutas, hoc ordine ex industria disposuisse videtur, quo varietate potius quam rigore methodi lectori placerent; minus sane placitura, si quamvis ad idem eruditionis genus spectent, veluti membra unius corporis discerpta, diversas et sejunctas sedes inter auctoris opera occupassent. Accedit quod, ope tabularum, quas D. Hergenrœther confecit, omnia commoda ordinis methodici obtineri possint.

(e) Apud Hard. *Acta concil.* V, 752, 755, in Præf. concilii VIII.

(f) Vid. infra *Prolegomena ad quæstiones Amphiloichianas*, p. 14, et Fabric. *Bibl. Græca* t. XI, p. 547 edit. Harl.

(g) Ex Londino editoribus Annalium Trivult.

scribatur: « On travaille ici à une édition de Photius plus ample que toutes celles qu'on a vues jusqu'ici. » *Mémoires de Trévoux*, 1724, pag. 765.

(h) Martini Gerberti abb., etc. *Iter Alemannicum, accedit Italicum et Gallicum*, p. 522, edit. 2^a. Typis Sanblasianis 1773.

Secuti sumus ergo ordinem codicis Vaticani qui 1923 signatus, omnium, ut D. Hergenrœther autumat, præstantissimi, qui sæculo XIII exaratus est, et quæstiones 313 continet, præter alias nonnullas quæ numero carent. Nunquam tamen ascendunt ad numerum 444 quem Cotelierius se reperisse scribit in codice Colbertino (i); sed, ni fallor, doctissimus vir numerum quæstionum incautus confudit cum numero quo ipse codex in bibliotheca Colbertina inscribatur; nemo enim tantam quæstionum copiam in ullis codicibus observavit.

Quot quæstiones sigillatim a Wolfio, ab Ant. Scotto, a card. Maio, editæ fuerunt, quo anno et quanta cura? quot quæstiones ipse D. Hergenrœther ex codicibus manuscriptis hic primum profert? quot adhuc edendæ supersunt, reperiet lector in luculentissima D. Hergenrœther dissertatione, quam primo loco inter prolegomena primi voluminis operum Photii edidimus.

Notabimus tantum, præter codices manuscriptos, in quibus quæstiones Amphiloichianæ continentur et a D. Hergenrœther infra, pag. 14, recensentur, dari codices nonnullos quos his verbis commemorat D. Hase in notis suis ad dialogum quem Manuel Palæologus Constantinop. imperator Ancyræ in Galatia habuit cum quodam Persa, de præstantia religionis Christianæ et falsitate fidei Mahumetanæ. « Amphiloichia Photii, ait, a multis laudata et tentata, sed ad hoc tempus (an. 1807) nunquam edita, exstant in quatuor bonis codicibus bibliothecæ Cæsar. Parisiensis: Coislino, n° 270 optimæ notæ, Photio fere coævo, de quo Montefalcon. *Biblioth. Coisl.* Paris. 1715, p. 325; altero Regio, n. 1228, sæc. XI; tertio item Regio 1229, descripto ex cod. montis Aho, jussu Chrysanti Notaræ, qui erat Hierosolymis patriarcha, an. 1717 (*Vid. Le Quien, Oriens Christ.* Paris. 1740, t. III, col. 526); quarto, n. 60. Supplementi, duobus tomis, descripto avorum nostrorum ætate, ex Regio 1228, quem supra dixi (j). »

Codex Vaticanus 1923 quem sequimur inter quæstiones Amphiloichianas exhibet non paucas Photii epistolas, quas Montacutius veluti epistolas edidit. Ut series quæstionum completeretur, epistolas illas ex libro epistolarum inter quæstiones Amphiloichianas transtulimus et suo loco edidimus; epistolas autem reliquas, ut statim dicemus, novo ordine disposuimus.

In his quæstionibus Amphiloichianis solvendis, Photius non semper ex proprio fonte responsiones hausit, sed ab auctoribus qui ante ipsum scripserunt eas mutuatus est. Theodoretii præsertim scripta expilat, quin eum nominet; alios interpretes S. Scripturæ ad litteram exscribit, tacito eorum nomine; adeoque plagii reus esse videtur.

Absit ut Photium ab omni plagio liberum esse dicam, cum a furto excusari non possit, id quod in Petrum Siculum commisit, ut infra ostendam; et præterea veteres, suppressis nominibus, transcribendo, gravem suspicionem de bona fide sua omnimoda excitet!

Nihilominus ad elevandam accusationem in ipsum latam facit, quod quæstiones quæ Amphiloichianæ appellantur, non omnes ab Amphiloichio ipsi propositæ fuerint, sed ab aliis viris sive ecclesiasticis sive sæcularibus, qui in meditatione sacrarum Litterarum, vel studio theologiæ aut historiæ, hærebant; ideoque ex tempore respondere debuit, quin ad indagandam veritatem necessarium tempus haberet, ac proinde aliorum doctrinam in propria responsa derivare. Cum autem, in edendis responsis, interrogantium utilitati maxime prospiceret, verisimile non est eum tunc famam docti interpretis ambivisse, aut se meritis aliorum ornare voluisse. Illa ætate libri rariores erant quam ut quisque ad eos consulendos hortari posset; non enim omnium manibus terebantur; qui eorum auctoritatem adhibere cupiebat, loca eorum laudanda necessario exscribere debebat. Tandem vix credi potest Photium ita sibimetipsi illuisse ut speraret tantum plagium quantum in scriptis Theodoretii commisisse censeretur, diu doctos viros latere et impune perpetrari potuisse. His igitur de causis Photius aliquatenus a plagio excusari posse videtur.

Et hæc de quæstionibus ejus Amphiloichianis dicta sint.

Præter illas quæstiones, volumen primum operum Photii continet fragmenta exegetica ejusdem, quæ ex *Catenis Patrum* collecta sunt, et præcipue breve Commentarium in sanctum Lucan, quem card. A. Mai primus edidit in prima editione primi voluminis Collectionis scriptorum veterum.

VI. — De secundo volumine hujus editionis.

Secundum volumen hujus editionis continet opera dogmatica, parænetica et historica Photii, excepta *Bibliotheca*, id est: *Contra Manichæos* libros quatuor, et librum *De Spiritu sancti Mystagogia*, homilias quinque, odas tres, et *Epistolarum* libros tres.

De quatuor libris contra Manichæos, a quibus volumen orditur, sermonem primum instituimus.

Constat *Historiam Manichæorum* seu *Paulicianorum*, quæ in codicibus mss. Petro Siculo inscribitur, et sub Petri nomine a P. Radero edita est, fere ad verbum consonare cum libro primo quem Photius contra Manichæos exaravit. Id cum observasset card. A. Mai, inquisivit utrum Petrus Siculum Photium exscripserit, vel e converso Photius Petrum, et manifeste Petro favet, Photium plagii indirecte accusans.

Sententiæ card. Mai adhæreo. At puto quæstiones restringi debere ad primum librum Photii; librorum enim secundi, tertii et quarti apud Petrum Siculum nullum occurrit vestigium. Si Photius, in his exarandis libris plagiarium egit, certe Petro Siculo hac in parte nihil debet, sed alteri scriptori mihi ignoto

(i) Cotel. *Monumenta Eccles. Græcæ*, t. III, p. 556.

(j) *Recueil de mémoires sur différents manuscrits Grecs de la bibliothèque impériale de France*, par

C.-B. Hase, Paris 1810. — *Notice d'un ouvrage de l'empereur Manuel Paléologue, intitulé: Entretiens avec un professeur mahométan*, pag. 34.

Quod ad primum librum contra Manichæos spectat, sentio Photium exscripsisse Historiam Manichæorum a Petro Siculo compositam; idque colligo non ex eo tantum quod Petrus Siculus Photio senior est, siquidem medio sæculo ix floruit, ut notavit Mongitore (*De scriptor. Siculis*, t. II, p. 158); dum Photius usque ad fines ejusdem sæculi floruisse creditur, nempe ad annum 891; sed etiam quia Petrus in ipsa Historia sua narrat se relationem illam scripsisse postquam, circa initia regni Basilii imperatoris CP. in Armenia et in urbe Tibrica a Manichæis ædificata, publica legatione functus fuisset, et Manichæorum dogmata et mores, præsens didicisset. Imo ad episcopum Bulgariæ scribit se ejus precibus motum fuisse, ut illam historiam componeret. Ubique loquitur veluti oculatus testis, et quasi res enarratas ipse gessisset. Totus igitur contextus Petrum Siculum veluti libri auctorem exhibet.

Ea autem quæ verum auctorem designant omittit Photius; cætera fore ad verbum transcribit; qua de causa a plagio vix excusari potest.

Pro jure Petri Siculi faciunt etiam tres sermones contra Paulicianos, quos card. A. Mai primus edidit in tomo IV *Novæ Bibliothecæ Patrum*; illi enim sermones historiæ Paulicianorum aliqua ratione coherent, et eodem scribendi genere elucet; etsi quoad copiam doctrinæ et vim ratiocinii minime conspicui videantur. Sane aliquantulum plus nervi et vigoris habetur in libris II, III et IV Photii, quam in tribus sermonibus Petri Siculi; quamquam nec libri Photii æquiparari possint libris quos contra Manichæos olim ediderunt Archelaus, Didymus, Alexander Lycopolitanus et sanctus Augustinus. Attamen omni pretio non sunt destituti, præsertim quia statum controversiæ illa ætate agitatae declarant.

Librum primum Photii jam pridem Græce-Latine ediderat D. De Montfaucon in *Bibliotheca sua Cosluniana*. D. Woldus, qui quatuor libros simul edidit in suis *Anecdosis*, translationem Latinam Montfauconii quæ facilis et elegans est adoptavit. Tribus reliquis libris apposuit translationem obscuram et sæpe intricatam et impeditam.

Tanta eruditione de libro Photii qui *Spiritus sancti Mystagogia* inscribitur, disserit D. Hergenroether qui opus hoc primum anno 1857 ex codicibus mss. in publicam lucem protulit, ut de eo multa disserere plane supervacaneum sit.

Attamen operæ pretium erit et hic commemorare quæstionem quam doctissimus editor sibi metipsum proposuit, ne piorum mentes nimium præoccupet. Inquirat nempe utrum sibi licuerit, necne, in lucem proferre librum qui contra dogma fidei et doctrinam Ecclesiæ dirigitur, et affirmative respondet, tum quia argumenta Photii infirma, omnibus nota, et pluries contrita sunt, tum quia ex lectione scripti originalis, historia controversiæ multo facilius elucidari potest. Id merito asseritur. Præterea in editionis suæ defensionem profert exemplum card. A. Mai, qui scripta Origenis, Didymi, Theodori Mopsuesteni et aliorum hæreticorum e latebris codicum in publicam lucem traxit sine dispendio, imo cum profectu veritatis. Et sane ex erroribus obsoletis quis detrimentum caperet? Quis decipi posset? Quis non triumphum veritatis agnoscit?

Viget, equidem fateor, hactenus falsa opinio Photii; sed argumentis a Photio prolatis jam diu defendi minime potest, nec revera defenditur. Controversia enim a Photio excitata tota versabatur in argumentis quæ ex ratione theologica depromuntur, proponendis et agitandis; hæc autem disputandi ratio, præterquam quod in scrutando mysterio SS. Trinitatis vanissima est, tota et integra subvertitur et obruitur auctoritate vetustissimorum Patrum qui, diu ante Photii tempora, quæstionem de processione Spiritus sancti a Patre et a Filio, seu a Patre per Filium, quod idem est, non tantum agitarunt, sed expressis verbis in sensum Ecclesiæ occidentalis definierunt. Ut de SS. Patribus Latinis taceamus, quorum auctoritatem prætermittere non possunt Orientales, certo certius est sanctum Athanasium, sanctum Basilium, sanctum Gregorium Nyssenum, sanctum Epiphanium et sanctum Cyrillum Alexandrinum, in antecessum damnasse opinionem a Græcis propugnatam de processione Spiritus sancti a solo Patre.

Quando veterum scriptorum testimonia, Photio ignota aut ab ipso callide dissimulata, in controversia primum prolata fuerunt, intellexerunt schismatis patroni, argumenta Photii vere lutea et straminea esse, et ad monumenta traditionis sibi recurrendum esse, quo auctoritatem veterum sibi adversantium eluderent. Quod cum ipsis pro votis non cederet, testimonia a catholicis laudata e codicibus passim eradere cœperunt, ut controversia de processione Spiritus sancti in controversiam de authenticitate codicum verteretur. Sed quia omnes codices corrumpere non potuerunt, nec omnia veterum Patrum testimonia sibi contraria eradere, argumenta a catholicis prolata invictum vigorem retinuerunt, et iniquitas visa est sibi metipsum mentiri. Has vicissitudines jam subierat controversia medio sæculo XIII, ut videre est in scriptis doctissimi et celeberrimi Vecci, patriarchæ Constantinopolitani, qui pro unione ecclesiarum quam cordi habebat, multa præclare scripsit (k), nec parvas calamitates et persecutiones passus est.

Postquam fautores schismatis neque corruptis codicibus feliciter jam pugnare possent, ad incredibiles subtilitates et inauditas æquivocationes confugerunt, quarum præcipuas ipsis suppeditavit Georgius Cyprius, post Veccum patriarcha Constantinopolitanus, et ejusdem Vecci præcipuus adversarius. Sed neque hæc argumenta virum a studio partium alienum movere unquam poterunt: ergo multo minus argumenta Photii.

(k) Præcipua ejus scripta collegit Allatius in I et II suæ *Græciæ orthodoxæ* tomo, Romæ 1656.

Argumenta Photii pro processione Spiritus sancti a solo Patre, quæ Veccus refellit (l), habentur hic ad calcem libri *Mystagogiæ*, sed alio ordine proferuntur. Ex *Mystagogia* decerpta videntur, et in multis consonant argumentis quæ Photius ad tuendam eandem causam evoluit in epistola sua *ad archiepiscopales thronos per Orientem*, quæ nunc XIII^a est (t. II, col. 721).

Altera pars argumentorum quæ Photio tribuuntur, serius ex ejusdem operibus desumpta est, tempore scilicet Alexii Comneni, qui anno 1116 florebat; nam his verbis series illa argumentorum absolvitur: « Idque ex acumine sapientissimi imperatoris Alexii Comneni prodiit: hac enim propositione usus est cum contra Mediolanensem episcopum disputaret (hic t. II, col. 399). »

Hactenus de operibus Photii dogmaticis.

Opera ejus parænetica edimus quæ jam pridem, typis mandata fuerunt. Nonnulla adhuc in codicibus manuscriptorum latere novimus. Quo autem pro viribus utilitati virorum doctorum inserviamus, protulimus Elenchum Homiliarum Photii quæ in codicibus Mosquensibus, teste Combefisio, servantur (m). Elenchum illum conferendo cùm Indice hujus voluminis II, videbit unusquisque quot homiliæ Photii adhuc desiderentur.

Homiliæ Photii, etsi ad vim et elegantiam homiliarum veterum Patrum minime pertingant, tamen omni merito non destituuntur, sed jure merito æquiparari possunt scriptis optimorum auctorum illius ætatis, ex gr. Georgii Nicomediensis, Nicetæ Paphlagonis et Leonis Sapientis. Afiorum autem scripta longe superant.

Ex libris ligata oratione et metro scriptis Photii admodum pauca supersunt; nec certum est Photium multos scripsisse. *Odas* novem exstitisse in cod. ms. Collegii Claromontani Paris. Soc. Jesu, tradit Oudin (t. II, col. 206). Collegimus omnia quæ jam semel typis mandata sunt.

A quo constituimus Quæstiones Amphiloichianas edere juxta ordinem quem exhibet codex Vaticanus 1923, ordo epistolarum a Montacutio, ob auctoritatem sui codicis, admodum veteris, servatus, a nobis servari non potuit, eo quod sexaginta aut circiter epistolæ, veluti Quæstiones Amphiloichianæ, in laudato codice Vaticano inseruntur. Novum itaque ordinem adoptavimus, totam seriem epistolarum in tres libros dividentes, quorum primus epistolas ad Romanum pontificem, ad patriarchas, ad archiepiscopos, ad imperatores et ad principes; secundus, epistolas ad episcopos, clericos, monachos et moniales; tertius tandem epistolas ad laicos, officiales, et magistratus sæculares complectitur. Ex Indice autem in quo novus ordo cum veteri comparatur, facile erit unicuique in nostra editione reperire epistolas quæ juxta ordinem veterem alicubi laudantur.

Omnes epistolas Photii hactenus typis commissas edimus, præter unam ad patriarchas Orientales et Oeconomum Antiochenum quæ incipit: *Μεγίστων μὲν ἄνωθεν*, quæ semel edita est a Dosithco in rarissimo volumine quod inscribitur: *Τόμος χαρᾶς*, et nullis expensis, nulla præstita diligentia obtinere vel inspicere potuimus.

Finem epistolæ 2 ad Nicolaum I, quem Græci reseccaverant, quia auctoritatem sanctæ sedis apostolicæ supremam asserit, nobis suppeditavit card. Mai in *Nova Biblioth. Patrum*. t. IV. Translationem Latinam integram a Baronio accepimus.

VII. — De tertio et quarto volumine hujus editionis.

Inter opera historica Photii recensuimus *Bibliothecam* ejus, quia ad *historiam litterariam*, ut aiunt, pertinet. Opus grande et eruditum ex optimis editionibus hic repetimus. Textum Græcum a Bekkero commendatum et Berolini anno 1824 impressum obtinuimus, cui translationem Latinam Ant. Schotto ascriptam, etsi ipsius non sit, addidimus, quia meliorem neque conficere neque reperire potuimus. Textum autem integrum damus, etsi excerpta nonnulla veterum auctorum suis locis jam a nobis impressa fuerint. Non decebat enim, ob breves et paucas repetitiones, opus tanti momenti scindere, et quasi imperfectum doctis viris offerre.

Utrum *Bibliotheca* Photii, qualis nunc habetur, tota a Photio ipso scripta sit? an fuerit posteriori ætate interpolata, ut suspicatur, in notis suis ad Suidam Kusterus, apud J. A. Fabricium, *Bibl. Græc.* ed. Harles. t. X, p. 680? non est hujus loci inquirere.

Quia *Bibliotheca* Photii unius voluminis spatio contineri non potuit, majorem ejusdem partem, in qua codex primus et sequentes ad ducentesimum quadragesimum nonum recensentur, tertio hujus editionis volumine descripsimus; alteram vero partem, in qua codex ducentesimus quinquagesimus et sequentes usque ad finem operis recensentur, initio voluminis quarti collocavimus. Volumen quartum perficient opera canonica Photii, quibus Monitum, hic non repetendum, præmisimus.

Dicemus tamen hic prætermitti synagogen canonum quæ opportunius cum Commentariis Balsamonis, Zonaræ et Aristeni, inter scripta sæculi XIII edetur; sed recudimus *Syntagma canonum* et *Nomocanonem*, in ea forma, et eo ordine quibus ab ipso Photio composita fuisse videntur. Quia tamen in his collectionibus conficiendis auctor eadem documenta pluries profert, textus semel editos, non repetimus aliis locis, sed ubi reperiri possint accurate indicamus.

Seriem operum canonicorum Photii claudunt Erotemata, seu interrogationes X, in quibus auctor depositionem suam e seu patriarchali injustam fuisse demonstrare conatur, argumentis indirectis, nec

(l) *Græciæ orthodoxæ*, t. I, p. 154 et seq. *Comm. de Script. eccl.* t. II, col. 210.

(m) Alium Catalogum Homiliarum Photii suppeditat Oudinus,

heno selectis. Opusculum hoc brevissimum primus in lucem protraxit Fontani (In *Novis deliciis eruditorum*, t. I, p. 20), qui cum furore Jansenistico, et pessimo influxu legum antichristianarum obsecraretur, eidem addidit præfationem et notas, non tantum sacerdote, sed quovis Christiano indignas. Eas nullius frugis esse credidimus, ac proinde abjecimus.

Cætera scripta canonica Photii merito laudat doctissimus J. S. Assemani in *Jure suo can. Orientali*, t. I, p. 35 et seq., ubi ostendit quanti hæc scripta fecerit Balsamon, insignis Græcorum canonista, et tota Ecclesia Orientalis, quæ in tuenda disciplina ecclesiastica, præcipue codicibus Photii, cæteris neglectis, usa est. Notitiam Assemani complet præfatio a card. Mai *Syntagmati* præmissa, quam lector suo loco reperiet.

Et hæc de Photii scriptis a nobis editis dicta sint.

Nunc de deperditis, prætermisissis, ineditis, aut falso ascriptis libris pauca admonenda supersunt.

VIII. — De operibus Photii deperditis, prætermisissis et ineditis.

1° Photius scripsit acta fictitia concilii œcumenici, quod nunquam convocatum fuit. Iis mille circiter subscriptiones fictas addidit, ut narrat Anastasius Bibliothecarius supra laudatus. Illa acta cum in duobus codicibus elegantissimis et depictis scripta fuissent, in concilio viii publice flammis tradita sunt, ac proinde non exstant.

2° Photius ex capite suo composuit Acta concilii quod fingit anno 878 celebratum fuisse coram legatis Romani pontificis et cæterorum patriarcharum Orientis et Ægypti. Quanquam tunc synodus habita fuerit, certo certius ea minime egit vel toleravit, quæ eam egisse et tolerasse narrat Photius. Hanc Photii pseudosynodum Græci pro octavo concilio œcumenico habent, repudiato octavo concilio vero, in quo Photius depositus et excommunicatus est. Nonnulli tamen nec verum concilium viii, anni 869, nec fictitium Photii anni 878 receperunt, siquidem synodum Florentinam œcumenicam concilium octavum appellant. Sic neque concilii Lugdunensis ii, nec Viennensis, nec Lateranensium ullam rationem habent; sed immerito, ut patet.

Acta pseudosynodi Photii anni 878, etsi fictitia sint, ex codice Vaticano, cum permissione Clementis XI, ut supra jam notavimus, a P. Harduino edita sunt; sed quia inter Acta conciliorum propriam sedem habent, et ab iisdem sejungi non possunt, eadem hic prætermisimus. Supra, variis argumentis ostendimus Acta illa non genuina, sed mere fictitia esse.

3° Photii *Synagogen canonum* omisimus ob causas quas supra allegavimus.

4° Photius scripsit homilias plurimas quorum elenchum ex Combessio edidimus. Quominus omnes ederemus nulla alia causa fuit, quam quod nullum exemplar earum nobis comparare potuerimus.

5° Photius dicitur de cultu SS. imaginum scripsisse, sed ejusdem scripti nullum vestigium inveni, præter titulum sequentem, quem Bandini, in *Catal. biblioth. Laurent. Florent.* t. I, p. 434, recitat: *Χρήσεις κατά Εικονομάχων ἐκ τῶν συγγραμμάτων Νεκρήδου καὶ Φωτίου, τῶν πατριαρχῶν Κωνσταντινουπόλεως καὶ Θεοδοῦρου Στουδίτου.* Hinc sane nemo colligit Photium ex industria de colendis imaginibus scripsisse. Fieri enim potuit ut ex libris quos de alio argumento exaraverat, quis *χρήσεις* illas composuerit.

6° Nescio an a libro a Bandino notato diversus sit ille quem Lambecius, in *Comment. in Bibl. Vindob.* ed. Kollarii, t. IV, p. 335, ad cod. 157, n. 5, ita exhibet: *Φωτίου πατριάρχου καὶ Θεοδοῦρου τοῦ Στουδίτου. Εἰκῶν λέγεται παρὰ τὸ εἶσιν ἄλλο δὲ φυσικὴ εἰκῶν, καὶ ἄλλο μιμητικὴ κ. τ. λ.* « Photii patriarchæ CP. et Theodori Studite testimonia de sacris imaginibus et de differentia inter sacras imagines et idola. »

7° Senebier in *Catalogue raisonné des manuscrits de Genève*, p. 42, Genève 1779 (ap. J. A. Fabric. *Bibl. Gr.* t. XI, p. 19), laudat Photii Homilias tres, et fragmenta scripti ejusdem contra Manichæos, quod utrum differat a libris secundo volumine hujus editionis editis necne, indagare non potui, et mihi incompertum est.

8° Ignoro pariter an Photii *Argumenta duodecim syllogistica contra processionem Spiritus sancti etiam a Filio*, de quibus Bandini *Catal. Laurent.* t. III, p. 324, convenient cum argumentis a Veoco refutatis et a nobis hic editis, vel opusculum distinctum constituent. Puto ea identica esse.

9° Oudinus indicat: *Φωτίου. . . Ἀγῶγαι καὶ ἀποδείξεις ἀκριβεῖς συντελεγμέναι ἐκ τε συνοδικῶν καὶ ιστορικῶν γραφῶν.* (*Comment. de Script. eccles.* t. II, p. 201), quas a *X interrogationibus de patriarchis injuste ejectis* distinguendas esse autumat.

10° Idem Oudinus, *symbolum fidei* testatur in cod. mss. exstare a Photio *compositum pro iis quæ ordinandi sunt episcopi*, de quo Lambecius, l. viii, p. 453.

11° *Epitome Historiæ ecclesiasticæ Philostorgii*, ἀπὸ φωνῆς Photii patriarchæ exstat inter cod. mss. bibliothecæ Bodleianæ (Baroc. cod. 142, n° 7, p. 243); diversa ab illa quæ in *Myriobiblio* occurrit et amplior (Oudin., t. II, col. 208).

12° Michælem Psellum *Synopsisim Nomocanonis* Photii versibus scripsisse ferunt. Inter quinque *Cæmina politica* Pselli *Synopsis* illa quartum locum occupare dicitur.

IX. — De operibus Photii quæ alio nomine quam a nobis edita sunt, circumferuntur.

13° *Libellus de septem synodis* qui passim occurrit, excerptus est ex Photii epist. vii, ad Michaelæm Bulgaricæ principem, quæ in hac editione reperitur, t. II, col. 631.

14° *Libellus de consolatione ad Eusebiam*, quem Conrad. Ritterhusius, anno 1601, Gr. Lat. Nurenbergi edidit sub nomine Photii, est ejusdem Photii epistola 245, apud Montacutum.

15° Opusculum *De patriarchis injuste ejectis*, quod laudat J. A. Fabricius, non distinguendum est a decem *Interrogationibus*, quas ex *Novis deliciis eruditorum* Fontani ad finem Operum Photii edidimus.

16° Photii *Excerpta ex Asteriis*, quæ Combesius edidit, ex Photii *Bibliotheca* desumpta sunt.

17° Cotelerius in *Monumentis Ecclesiæ Græcæ*, t. III, p. 104, primum protulit opusculum ita inscriptum : *Quod non oporteat ad præsentis vitæ molestias attendere*. Quia olim inter Photii Epistolas servatum est, illud ad finem libri tertii epistolarum in nostra editione collocavimus.

18° Labbeus, in *Catal. cod. mss.*, p. 114, laudat Photii *Synopsis logicæ Aristotelicæ*, et Fabricius, ex Oudino, asserit Photii *Synopsis categoriarum* immistam esse Commentariis Philoponi et Ammonii in Aristotelem. Illi auctores Photio multo antiquiores sunt. Card. Mai *Script. veter.* t. I, præf. p. xiv, monet illas *Synopses* non distinguendas esse a *Quæstionibus Amphiloichianis*. Et revera quæstiones Amphiloichianæ 137 ad 147 circa hoc argumentum versantur. Hic, t. I, col. 759 et seq.

X. — *De operibus Photii argumenti profani.*

19° Joannes Gerardus Vossius in opere *De Historiciâ Græcis*, lib. II, c. 25 (Oper., t. IV, p. 147) ita scribit : « Photii patriarchæ *Historiam de rhetoribus decem* exstare lego in nomenclatore Roberti Constantini. » De hoc libro aliam notitiam nullam reperi.

20° *Lexicon Græcum* sub nomine Photii forma in 4°, anno 1808, Lipsiæ edidit D. Hermann. Liber autem paulo post iterum typis impressus est hoc titulo : *Φωτίου τοῦ πατριάρχου Λέξεων Συναγωγή*, e codice Galeano descripsit Ricardus Porsonus, 2 vol. 8°, Cantabrigiæ 1822. Porsonus in *Lexici præfatione* monet D. Blomfield, in *Censuris Edinensibus*, parte XLII, de Photio præclare scripsisse. Oudin. (t. II, col. 206) scribit Photii *Lexicon* in-4°, editum fuisse, Kilonii, an. 1706, et in codd. mss. inscribi quandoque Photii patr. CP. *Etymologicum magnum*.

XI. — *De iis qui in elucidandis operibus Photii insudarunt.*

21° Præter eos qui Collectionem Operum Photii præpararunt, laudandi sunt etiam ii qui opera particularia emendare vel elucidare conati sunt. Si fides *Annalibus Trivultiensibus*, Boernerus de componenda nova translatione Latina *Myriobiblia*, seu *Bibliothecæ* Photii, cogitavit. (*Mémoires de Trévoux*, 1701, p. 286.)

22° Eandem spartam ornare cœperat Claudius Caperonier Parisiensis, adjutus a Patre Tournemine et Ellies Dupin, et jam quinquaginta folia typis impresserant, quando E. Dupin in exilium missus est et editio derelicta. (Vid. *Supplem. Moreri* 1749, t. I, p. 228 et D. Cellier. *Hist. des écriv. ecclési.*, t. XIX, p. 432.)

23° Translatio Gallica trium orationum Photii cum notis, inseritur operi quod inscribitur : *Histoire de l'Académie des inscriptions et belles-lettres*, t. XVI, p. 98. Paris, 1751. De Photio sermo habetur in eadem collectione, t. XIV, p. 180 et seq. Paris, 1743.

24° *Annales Trivultienses* (*Mémoires de Trévoux*, p. 1944, an. 1722) fragmenta exscribunt translationis Gallicæ epistolarum 11 et 12 ad Michaellem III Bulgariæ principem, quam versibus scriptam edidit auctor Gallus hoc titulo : « *Mazimes pour la conduite du prince Michel, roi de Bulgarie*, par Bernard Théatin, offert à Louis XV, Paris, 1718. »

XII. — *De iis qui acta et scripta Photii elucidarunt.*

Auctores enumerare qui de actis et scriptis Photii notitiam exhibent, vix possibile est. Quotquot enim Historiam Ecclesiæ vel Historiam scriptorum ecclesiasticorum attigerunt, Photii gesta enarrarunt et de ejus libris sententiam protulerunt. Inter veteres nemo, inter recentiores soli protestantes eum laudibus persecuti sunt, non quod laudè dignus sit, sed quia sedem apostolicam, quam ipsi odio habent, aucter aggressus est.

Ea quæ a Photio vel in ejus causa gesta sunt fuse enarrat Baronius, cujus dicta confirmat Pagius in notis suis ad *Annal.* Baronii, Multam lucem his gestis affundunt etiam acta conciliorum.

De libris Photii accurate scripserunt Labbeus, Cave, Oudinus, J. A. Fabricius, Dupin, Dom Cellier, et, ut audio, etiam Dositheus patriarcha Hierosolymitanus, pro Græcis, in Præfatione voluminis quod in scribitur *Τόμος χαρᾶς*, anno 1705 typis editi.

B****, 8 decembris 1860.

J.-B. M.

PHOTII

PATRIARCHÆ CONSTANTINOPOLITANI

OPERUM PARS PRIMA.

EXEGETICA.

IN AMPHILOCHIA PHOTII PROLEGOMENA.

I.

JOSEPHI HERGENROETHER, S. THEOL. DOCT. ET IN WIRCEBURGENSI
LIT. UNIV. HIST. ECCL. ET JURIS CAN. PROF., DISSERTATIO
HISTORICÁ CRITICA DE PHOTII QUÆSTIONIBUS
AMPHILOCHIANIS.

§ 1. *De Amphilochorum nomine, origine atque scopo.*

1. Photii Amphilochia seu quæstiones Amphilo-
chianæ amplissimum opus constituunt seu thesau-
rum variarum dissertationum et diatribarum, quæ
maxima ex parte varia sacrorum Librorum testimo-
nia illustant atque exponunt. Summis hoc opus
ornarunt laudibus eruditi. *Photii ingenium ad quæ-
stiones dissolvendas paratum* — inquit *Maximus Mar-
gynius* in epistola ad eruditos Photii *Bibliothecæ*
præmissa — *quæcunque eæ sint, quæ contra sa-
cræ philosophiam proponuntur, et in divinis Litteris*
explicandis, ubi penitior quisquam sensus est abscon-
ditus, quis in ejus elaborato opere, quod Amphilo-
chia inscribitur, jure meritoque non demiretur (1)?
Hanc insignem collectionem *Leo Allatius* seu *opus*
rarium et multiplici eruditione plenum, Theolo-
gis ac Scripturæ expositoribus maxime necessarium
commendavit (2); nec minora præconia sequens
ætas usque ad eminentissimum *Maium* (3) de hac
collectione optime meritum pronuntiavit, licet haud

A defuerint, qui majore operis parte nondum in lu-
cem producta paulo morosius de ea judicium tulerint (4).

2. Nomen *Amphilochorum* vel *Amphilocho-*
rum (5) sortitum est hoc opus, non quod ex sancto
Amphilochio Iconensi decerptum sit vel ejus textus
explanet, ut quidam olim eruditi censuisse videntur,
sed quia dedicatum fuit Amphilochio Cyziceno me-
tropolitæ Photio charissimo (6). Id non ex titulo (7)
solum patet, sed etiam ex præfatione universæ col-
lectioni præfixa (8) et ex multis quæstionibus spe-
cialiter huic episcopo inscriptis (9). Aliæ quidem
aliis primitus missæ fuerant; sed deinde in unum
corpus collectæ Amphilochio mittebantur, quo nemo
frequentius et instantius Photium de diversis quæ-
stionibus consuluerat. Neque difficile est tempus
determinare, quo hæc collectio prodierit. Licet enim
plures jam antea scriptæ fuerint, tamen major
quæstionum pars tempore prioris exsilii composita
et in unum corpus redacta fuit, quemadmodum ex

(1) Τὸ πρὸς τὰς τῶν ἀποριῶν λύσεις ἔτοιμον, ἄλ-
λων τε καὶ ὅσαι ἐπὶ τὴν ἱερὰν τείνουσι φιλοσοφίαν
καὶ τὸ τῆς θείας Γραφῆς, ἐν οἷς μυστικώτερόν τι
ἐναποκρύπται, ἀγγίλουν τε καὶ διερμηνευτικόν, τίς
τῶ τῶν Ἀμφιλοχίων αὐτῶ πεπονημένῳ συγγράμματι
ἐντυχῶν οὐκ ἂν εἰκότως θαυμάσειεν;

(2) *De Eccles. occid. et orient. perpetua consens.*,
lib. II, c. 6, n. 4, p. 576.

(3) *Veterum script. nova collect.* t. I, Præfat. de
Photio.

(4) Sic v. g. *Schroëckh* in *Hist. Eccl.* (K. G.)
t. XXIII, p. 263.

(5) Dicuntur τὰ Ἀμφιλόχεια, vel Ἀμφιλόχεια

vel Ἀμφιλοχικά, λόγοι ἱεροὶ καὶ ζητήματα πρὸς
Ἀμφιλόχιον.

(6) Vide *Wolfium Cur. philol. et crit.* t. V, Præf.
p. 1, *Oudinum, De Script. Eccles.* t. II, p. 203;
Maium, l. c. § 4.

(7) In cod. Coislin. Τὰ Ἀμφιλόχεια ἢ λόγων ἱερῶν
καὶ ζητημάτων ἱερολογίαὶ πρὸς Ἀμφιλόχιον, τῶν
ὀπίωτατον μητροπολίτην Κυζίκου ἐν τῷ καιρῷ τοῦ
πειρασμοῦ ζητημάτων διαφόρων εἰς ἀριθμὸν τριακο-
σίων συντετινόντων ἐπίλυσιν αἰτησάμενον.

(8) Edita ab A. *Scotto Neapoli*, 1814, 4, p. 2-3.

(9) Q. 1 edita a *Maiio*, l. c. p. 193. q. 137 seq.,
q. 218, 90, 119, etc.

iteratis querelis lamentationibusque de persecutionis gravitate et de tribulationum magnitudine manifestum sit (10) et titulus ipse ac præfatio declarant. Porro hoc Photii exsilium ab anno 867 usque ad annum 876 perdurasse constat (11); Amphilocheus vero sub priori Photii episcopatu rejecto Antonio Ignatii assecla Cyzicenam sedem nactus est (12), ex qua Photius deinde iterum occupato Constantinopolitano throno eum Nicæam transtulit, ubi paulo post obiit Gregoriumque olim Syracusanum successorem habuit (13). Cum autem idem Gregorius jam in synodo Photiana mense Novembri anni 879 habita tanquam Nicææ antistes compareat (14), Amphilocheus jam ante ea tempora e vita migrasse dicendus est. Quoad majorem itaque partem collectio intra annos 868-876 elaborata fuit, quamvis nonnullæ quæstiones et postea adjungi potuerint, cum Photius certum numerum haud statuerit et solum tercentas circiter commemoraverit, quem numerum in deliciis habuisse videtur (15). Quare, ut infra videbimus, varius est in diversis codicibus quæstionum ordo ac numerus.

3. An vero ipse Photius hanc Collectionem dissertationum, quas diversis temporibus elaboraverat, instituerit, ante typis editam ejusdem præfationem dubitari potuit et non defuere, qui cum *Wolffo* (16) existimarent, varias Photii epistolas hinc inde fuisse collectas et Amphilocheorum nomine postea insignitas, ideo quod Photio frequens litterarum cum Amphilochio commercium intercederet. Sed edita a Scotto præfatio (17) omne dubium amovit. Perspicue enim Photius ibidem tradit, singula sua ad varia quæsitia responsa se iteratis curis tractasse et in unum collegisse (18); neque silentio præterit gravissimas, ut ipse arbitrabatur (19), rationes, quæ ipsum deterrere potuerint ab ejusmodi novo labore, quem tamen nihilo secius amico flagitante suscepit. Harum vero rationum, quæ Photii animum inde repellere visæ sunt, prima in eo fuit, quod jam antea multi sanctorum Patrum eadem quæsitia maxima

A ex parte optime solverint; altera ex eo petita est, quod ipse Photius alibi non pauca ex illis jam sufficienter tractaverit, alia viva voce coram discipulis explicaverit; tertia ex difficultate operis, quam diuturno tempore opus sit ad tantam quæstionum diversarum multitudinem percurrendam (20), nonnisi breve vere tempus idque magnis agitata curis molestisque concessum videatur. Addit etiam minoris momenti rationes obstaculo alteri cuivis esse potuisse, quominus novum hunc laborem susciperet, sibi tamen iis omnibus neglectis id maxime cordi fuisse, ut amici postulationibus satisfaceret, neque dictionis elegantiam se curasse, verum potius perspicuitatem et legentium utilitatem. Hinc recte Scottus (21) judicat, Photium multas identidem quæstiones pro re nata amicorum commodo solvisse, deinde cunctas, ne laterent aut disperderentur, in unum collectas fasciculum Amphilochio suo id expetenti transmississe.

B 4. Collectio igitur, quam præ manibus habemus, ex variis omnino partibus constat diverso tempore scriptis et sine methodo et ordine eodem fere pacto, quo in celebri ejusdem auctoris Bibliotheca diversi argumenti libri, eorundem excerpta et de iisdem judicia coacervantur, aggregatis. Hinc pleræque dissertationes formam epistolarum præ se ferunt, quibus ad propositas difficultates theologicas et philosophicas respondetur; responsa sunt ad eruditum amicorum quæsitia variis temporibus data, et quamvis nonnullæ Diatribæ mera excerpta videantur (22) et in aliis interrogantes more antiquo ficti solummodo appareant (23), tamen pleræque veterum scripturionum erotematicam et catechetiçam omnino sequuntur, quæ jam dudum ab ecclesiasticis scriptoribus fuerat adhibita.

C 5. Sane similia plane opera suppeditant nobis Pseudojustini (24) et Pseudoathanasii (25) scripta; nec longe abluunt Eusebii Cæsariensis *Quæstiones* (26), Hesychie dubiorum *Solutiones*, (27) Basilii Regulæ 313 breviores (28), *Dialogi* sancto Cæsario ascripti (29), Theodoretii, in *Octateuchum Quæstio-*

(10) Q. 78. ubi commemorat τοῦ καιροῦ τὸ βαρύντατον. — q. 21, c. 7 (Mai, l. c. p. 74), q. 23 (Mai, *Nov. coll.* t. IX, p. 26, 27), q. 119 (Wolf, l. c. p. 708 seq.), q. 148, etc.

(11) Vide cl. Jager *Histoire de Photius*, lib. VIII, p. 529 note 1, edit. 2.

(12) Vide Le Quien, *Orient. christ.* t. I, p. 757.

(13) Id testatur Nicetas David in *Vita S. Ignatii*, (Mansi *concil.* XVI, p. 289.) Cf. Le Quien, l. c. p. 617.

(14) Mansi, *Concil.* t. XVII, p. 373.

(15) Cf. Scottum, l. c. p. 2, not. 3.

(16) Wolf, *Præf.* cit. p. III.

(17) Ed. cit. Neapol. p. 113.

(18) Ρ. 3 Δευτέρους ἡμᾶς ἀπαιτεῖς πόνους καὶ τὸ εἰς ὄχλον τὴν γραφὴν ἀπελθεῖν... ἔχετε ὕπερ ἡτησας.

(19) Τσοῦτων καὶ τηλικούτων ὄντων τῶν πρὸς τὰναντία φερόντων.

(20) Ὅχλον τσοῦτων διελθεῖν συχνόν.

(21) L. c. p. 2, note 1.

(22) Cf. Wolfium, *Præf.* p. v, et pag. 730-800.

(23) Mai, *Nov. Coll.* t. I. *Præf.*

(24) *Quæstiones et Respons.* ad *orthod.* 146 (Opp. Just. ed. Venet. 1747, p. 743 seq.). Quæstiones 5 Christianorum ad Græcos et Græcorum 15 ad Christianos, quæ diversæ sunt a solutionibus compendiaris adversus pietatem, quas Justino tribuit Photius (Bibl. cod. 125).

(25) *Quæstiones ad Antiochum*, in *S. Scripturam*, (Alhanas. Opp. t. II, p. 268 seq. ed. Montfaucou).

(26) Ζητήματα καὶ λύσεις. Cf. *Den. Evang.* VII, 3; Maium *Nov. Coll.* t. I, p. 1 seq.

(27) Ἀπορίαι καὶ ἐπιλύσεις sive συναγωγὴ ἀποριῶν καὶ ἐπιλύσεων ἐκλεγείσα ἐν ἐπιτομῇ ἐκ τῆς εὐαγγελικῆς συμφωνίας τοῦ ἁγίου Ἡσαυρίου πρεσβυτέρου Ἱεροσολύμων (cod. 43 Cryptæ ferratæ apud Maium *Nov. PP. biblioth.* t. VI, p. II, p. 539 indicat.) Cotel. *Mon. eccl. Gr.* vol. III, p. 1-52.

(28) Ὅροι κατὰ ἐπιτομὴν. Phot. cod. 191; Garnierii *Præf.* in Opp. Basil. t. II, § 11, n. 33 seq.

(29) Galland. *Bibl. PP.* t. VI, p. 3-152.

nes (30), Augustini et Pseudoaugustini (31) nonnulla scripta, sancti Maximi *Interrogationes et solutiones* (32), *Quæstiones et responsiones* Anastasio Sinaitæ communiter adjudicatæ (33). Hæ Anastasii Quæstiones centum quinquaginta quatuor anthologia quædam sunt ex testimoniis S. Scripturæ et Patrum, brevia plerumque responsa cum demonstratione ex revelationis fontibus petita, et Patrum opera ibidem abhibita (34) diligenter sunt indicata. Theodoro imprimis auctor usus est (35). In hisce operibus multæ quæstiones modo, quod rarius, verbotenus, modo, quod frequentius, quoad sententiam plane conspirant (36). Jamdudum apud Græcos compilationes variæ defectum novorum ingenii fructuum supplebant, *sacra Parallela* in usu erant, quæ thesin quamlibet theologiam ex Bibliis et Patribus comprobabant, sicut Leontius Byzantius fecisse cognoscitur (37), jam *Catenæ* Patrum in sacros Libros expositiones collocabant (38), atque exinde amplissima suppetebat materia pro novis semper compilationibus consuevis et vetustioribus aliarum lucubrationum accessione ditandis. Mira Græcorum fecunditate extincta in colligendis et exornandis antiquitatis thesauris docti viri fere unice occupabantur, hisque ipse Photius, si aliquot ejus scripta, quæ ejus veri fœtus existunt, excipias, atque in his opera præsertim polemica (39) annumerandus esse videtur. Sed operæ pretium fuerit, accuratius indagare, an Photii Amphilochia

ex aliis auctoribus expilata, an vero eidem auctori atque parenti tribuenda sint, an demum et quantum tum proprio ejus ingenio, tum aliorum laboribus simul ascribenda.

§ II. — An Photius singularum quæstionum auctor fuerit.

6. Innuit ipse Pothius (40) se plura ex antiquioribus Patribus collegisse et uberius excoluisse additis iis, quæ proprio ipse Marte suoque studio composuerat, adeoque tum sua, tum aliena in unum coadunasse. Sæpe allegat Patres, veluti Basilium, Athanasium, Gregorium Nazianzenum, Chrysostomum, vulgatum Dionysium, Maximum, aliosque (41). Verum communiter tunc solummodo eos adducit ubi breviter atque obiter unam alteramve eorum profert vel tangit sententiam. Atenim constat integras fere antiquiorum scriptorum diatribas Photium tecto eorum nomine interdum de verbo ad verbum descripsisse sibi que appropriasse. Jam Wolfius probabiliter explanationem in ep. ad Coloss. c. 1, v. 15, e Chrysostomo haustam judicavit; Maius vero indicavit (43) prolixam illam de vitæ termino disputationem, quæ quæstione centesima quadragesima nona continetur, in duobus aliis Vaticanis codicibus *Germani patriarchæ* fœtum declarari, ex duabus de Bibliorum obscuritate dissertationibus alteram (44) ex *Polychronii* prologo in Jobum esse desumptam, quæstionem de diversis Scripturarum Veteris Testamenti editionibus (Græcis) (45)

(30) Opp. I, p. 1 seq. ed. Sirmondi.

(31) Aug. lib. *De divers. quæst.* 83. — Lib. II, *De divers. quæst. ad Simplicianum*; — lib. *De octo quæstionibus, Dulcitiæ*. — *Quæstiones in Heptateuchum*, etc.

(32) S. Max. ad Thalassium, *De variis S. Scripturæ quæstionibus*. — *Interrogationes et responsiones seu dubia* (Opp. ed. Combef. t. I, p. 1 seq. p. 300 seq.)

(33) S. Anastasii Sinaitæ *Quæstiones et responsiones de variis argumentis*, Gr. et Lat. cura Jac. Gretseri, Ingolst. 1617, 4. (Ex Cod. Monac. 53 chart. sæc. XVI, f. 153 seq. 207, Membr. sæc. XIII f. 94.)

(34) Nimirum Irenæus, Basilium, Chrysostomus, uterque Gregorius, uterque Cyrillus, Isidorus Pelusiota, Epiphanius, Pseudodionysius, Maximus, Joannes Climacus, Theodoretus et *Apostolicæ Constitutiones*.

5) Cf. Anast. q. 27, p. 282, cum Theod., q. 66, in Gen., 3, p. 51 seq. Anast. q. 28, p. 284 de Abrahæ circumcissione; cum Theod., q. 68 in Genes. — q. 22, p. 292 seq. in Exod. IV, 21, cum Theod., q. 12 in Exod. — q. 24 p. 266 in Gen. I, 26, cum Theod., q. 20 in Gen. — q. 25, p. 278 in Gen. VI, 1, 2, cum Theod., q. 47 in Gen. — q. 34, p. 308 in Num. XXII, cum Theod., q. 42 in Num. — q. 35 p. 310, cum Theod., q. 40 in Exod. — q. 57, p. 314, cum Theod., q. 43 in Deut. — q. 39 p. 318 seq., cum Theod., q. 65 in I Reg. XXVIII.

(36) Confer Anast. q. 14, p. 166. Ps. Athan. q. 86 ad Antioch., p. 288. — Anast. q. 87, p. 488. Ps. Athan. q. 32 ad Ant. et q. 57, p. 320. — q. 56, p. 372. Ps. Athan. q. 18 in Epp. Pauli p. 328. — q. 88, p. 488. Ps. Athan. q. 112 (113) p. 294. — q. 114, p. 588. Ps. Athan. q. 102, 103 (104) p. 292. — q. 117, p. 560. Ps. Athan. q. 278, 279. — q. 118, p. 564. Ps. Athan. q. 43, p. 278.

C — q. 95, p. 514. Ps. Athan. q. 118. — q. 89, p. 492. Ps. Athan. q. 16, 26, 32—35. — q. 5, p. 90. q. 15. Ps. Athan. q. 92, p. 289. Præterea conf. Anast. q. 81. Ps. Athan. q. 115 (al. 114). — Anast. q. 135. Ps. Athan. q. 93. — Anast. q. 8. Ps. Athan. q. 97. — Anast. epist. 25. Ps. Athan. q. 48. — Anast. q. 31. Ps. Athan. q. 12, Cæsar. dial. I, q. 49, p. 35. — Anast. q. 21. Ps. Athan. q. 56. Demum conferas Ps. Athan. *Interpr. ex V. T.* q. 56, 57, cum Theod. q. 59, 47 in Gen. — Ps. Athan. q. 9, ad Antioch., p. 270; cum Theod. q. 11 in Gen. — Ps. Justin. q. 47, p. 493; cum Theod. q. 40 in Deuteron. — Ps. Justin. q. 26, p. 483 seq. cum Theod. q. 20 in Exod.

(37) Vide Maium *Nov. Coll.* t. I, Pref. p. LIV.

(38) Vide Chr. Wolfium, *Exercitationes in Catenas Patrum Græcorum*. Wittembergæ, 1712. — Cramer. Præfat. ad *Catenam* in Evang. Matthæi et Marci, Oxonii 1840, p. XIII seq.

(39) Hujusmodi sunt liber *De Spiritu sancti mystagogia* a nobis editus; et ea omnia, quæ ad hanc controversiam spectant.

(40) Vide quæstionem 240 nunc primum a nobis editam cap. 1, et quæstionem primam a Maio (*Nov. coll.* t. I, p. 202) publicatam cap. 10. Sic ait et q. 37 (Scotti p. 85) respondere se ad propositam difficultatem ea quæ majores de ea excogitaverint ("Α καὶ τοῖς πρὸ ἡμῶν περὶ τοῦτου πεφιλολόγηται τοῦ ζήτηματος.")

(41) Amphil. q. 34 p. 113, 120. ed. Scotti. — q. 119 (al. q. 141.) p. 712, 713. ed. Wolfii. — p. 161. (al. q. 191) p. 799. ed. Wolfii. — q. 80 p. 439. ed. Basnagii.

(42) Wolfius t. c. p. 800. Præf. p. III.

(43) *Vett. Script. Nov. Coll.* t. I, Proleg. de Photio § 4, p. 41 — 43, ed. 1825.

(44) q. 152.

(45) q. 154.

ex Pseudo-Athanasio et Epiphano excerptam, plurima in quaestione de loco Genesecis c. iv 26 (46) et in dissertatione de voluntatibus gnomiis (47), in qua Photius unum sanctum Maximum de hoc argumento tractantem commemorat, Joanni Damasceno deberi.

7. Sed quod Maium fugit nosque jam alibi (48) patefecimus, triginta duas exegeticas quaestiones ex Theodoro in sua *Amphilochia* transtulit Photius, ne semel quidem ejus mentione facta. Interrogationes plerumque eadem sunt, responsiones propemodum iisdem verbis concinnatae, nonnulla decurtata, alia amplificata, plurima parum immutata conspiciuntur (49). Vix ulla in his reperitur sententia, quae non jam antea a Cyri antistite fuerit expressa. Mirum sane videtur quod Photius, qui alibi, et quidem in *Nomocanone*, qui ex natura sua neutiquam adeo stricte iudicari poterat et quem jam ab alio compositum ipse tantummodo secundis curis retractavit, quam severissime eos castigat, qui alienos labores sibi arrogare ac subripere ausi fuerint (50), eo usque Theodoretum spoliis sua scripta exornaverit alienaque, quasi sua essent, absque ullo pudore vendiderit. Neque vero ea quibus ille insignis sacrorum Librorum explanator semet excusabat, dum vetustiorum Patrum interpre-

(46) q. 36.

(47) q. 80.

(48) Dissert. de Amphilochiis in Ephemeridibus theologis Tubingensibus (*Tubinger theologische Quartalschrift*) anni 1858, fascic. II, p. 258, 277, 278. Nimirum quaestiones 249—260 accurate respondent Theodoretum qq. 5, 7, 18, 19, 20, 37, 47, 58, 65, 92, in Genesis; qq. 261—269; Theodoretum qq. 6, 10, 14, 24, 27, 40, 48, 60, 68 in Exodus; q. 270—272; Theodoretum qq. 18, 19, 23 in Leviticum; quaestiones 274—277; Theodoretum qq. 1, 10, 18, 34, 37 in Num; denique qq. 279—281; Theodoretum qq. 40, 42, 43 in Deuterium.

(49) Speciminis instar ista damus.

Amph. q. 249 (Mai, *Nov. Coll.* t. IX, p. 116, q. 248).

Ἠλίθιον τὸ ἐρώτημα· ὁ γὰρ εἰπὼν· Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, οὐκ αἰδίον δηλονότι ἔφη τὴν γῆν, ἔφη δὲ οὐκ ὄτι ἦν ἡ γῆ ἀπολύτως, ἀλλ' ἦν ἀκατασκευάστος· ἔτι γὰρ ἀόρατος ἦν, ἐπιχειμένου τοῦ ὕδατος, καὶ ἀκατασκευάστος, μηδέπω κοσμηθεῖσα βλάστη x. τ. λ. Cf. *Cæs. Dial.* I, q. 63, p. 58.

Amph. q. 204 (Mai, I. c. p. 117, q. 249). Ἐναντία μὲν ἀλλήλοις; ἀλλ' ἐναρχαία τοῖς ἀνθρώποις ἀμφοτέρω... ἀλλ' ὅτι μὲν οὐκ ἀναγκαῖον τὸ σκότος; δηλον...

(50) Praef. in *Nomocanone* (apud Voellum et

Theodoret., q. 5 in *Gen.* p. 6, 7 ed. Sirmond.

Ἠλίθιον ἔγαν καὶ ἀνόητον τὸ ἐρώτημα· ὁ γὰρ εἰπὼν· Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, οὐκ αἰδίον ἔφη τὴν γῆν, ἀλλὰ μετὰ τὸν οὐρανὸν ἢ σὺν τῷ οὐρανῷ δεξαμένην τὸ εἶναι· ἄλλως τε οὐδὲ ἀπλῶς οὐδὲ ἀπολύτως· ἔπειτα ὁ συγγραφεὺς, ἡ δὲ γῆ ἦν, ἀλλὰ τὸ ἐξῆς συναρμόσας· ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος καὶ ἀκατασκευάστος, καὶ ἀκατασκευάστος, μηδέπω κοσμηθεῖσα τῇ βλάστῃ x. τ. λ.

Theodoretii qq. in *Gen.* p. 7, 8. Idem est initium. Tres sequuntur propositiones a Photio omissae; Psalmi cum citatio utrobique est. ἀλλ' ὅτι μὲν οὐκ ἀναγκαῖον τὸ σκότος; ἀκριβῶς μεμαθήκαμεν...

et citationibus utebatur (51), hic in Photii favore dici possunt, qui in his, de quibus sermo est, quaestionebus Thomasi de verbo ad verbum eum exscripsisse videtur, quem nec nomine tenus adducit, nec sua cum alienis conjungit, verum potius aliena sibi tanquam plagiator, ut aiant, omnino vindicat, quod etiam spectato priscorum hac in re mitiori iudicio grave adhuc censi debet. Accedit, quod in elucidandis sacrorum Librorum locis non quidem Chrysostomum, quem plurimi tunc nocturna diurna manu versabant, sed minus notum auctorem, adeo presse sequitur, cujus expilatio fortasse non statim agnoscebatur, quodque ipse, qui adeo prodigus in laudandis Patribus alibi comparet, virum doctissimum, cui plurima debebat, honore ac laude privare penitus studet (52). Attamen acutum ejus iudicium et inde elucet, quod tam insignem interpretem Bibliorum caeteris praetulerit, et nec minus certum est, aliis in rebus, ubi Theodoretum expositio minus placuit, ab ea Photium prorsus recessisse. Sic. v. g. Photio pertractanti quaestione, cur Jacob lapideum unxerit (53), literalis Theodoretum explanatio (54) non adeo arrisisse videtur; aliunde enim petit solutionem. Rursum in aliis materiis longe diversam a Theodoretum interpretatione affert exegesis, in aliis vero non nisi pauca quaedam ex eodem adoptat (55).

Justellum in *Bibliotheca juris canonici vet.* t. II, p. 792 ea in parte quam revera esse Photii consentiunt eruditi, declarat, non praecedentium laboribus derogandum esse nec eos in proprium usum furum exemplo vendicos. Ὅπερ πολλοὺς πολλακις ἡ ἀπορία τοῦ ἐξ οὐκείας ἐπιγνωσθῆναι σπουδῆς τομῆσαι συνήλασε, καὶ κλοπῇ τῶν ἀλλοτρῶν ὄφρ' οὐκ ἀνασπάσαι σοφίας ἠπάτησεν.

(51) Theodoretus Prolog. in expositionem Cantici canticorum (Opp. I, p. 995 ed. Sirmond) lectores hortatur et monet, ne furtum habere velint, si quid Patribus dictum in suis commentariis inveniant (τοὺς ἐνεχόμενους παρακαλέσαντες, μὴ κλοπὴν ἡμῶν κατηγορεῖν, εἴ τι τοῖς Πατέρας ἐπιγεμένον ἐν ταῖς ἡμετέραις εὐρατειν ἐρμηνείαις); contitemur enim, inquit, et nos ab illis ansas et rationes explanationis invenisse; est vero hoc non furtum, sed paterna haereditas. Et alia quidem ab illis sumpta damus, alia vero a nobis ipsis reperta adjuicimus, quiaque ulteriori labore ac repetitis curis indigent, amplifacimus. (Ὁμολογοῦμεν γὰρ καὶ ἡμεῖς παρ' ἐκείνων τὰς ἀφορμὰς εὐρηκέναι τῆς σαφηνείας· ἔστι δὲ τὸ τοιοῦτον οὐ κλοπῆ, ἀλλὰ κληρονομία πατρῶα· καὶ τὰ μὲν παρ' ἐκείνων εἰληφότες τίθεμεν, τὰ δὲ αὐτοῖς ἐπεξευρόντες προστίθεμεν, τὰ δὲ ἐπεξεργασίας δεόμενα διευρύνομεν.)

(52) In *Bibliotheca solummodo* conl. 204 Theodoretum theopetion, et μακάριον ἀνδρα, ejusque quaestiones in Octateuchum opus maximae utilitatis (χρήσιμον εἰς τὰ μάλιστα) vocat.

(53) Q. 236 apud Maium, *Nov. coll.* t. IX, p. 113.

(54) Theodor. q. 84 in *Gen.* p. 61.

(55) Cf. Theodor. q. 2 in *Gen.*, p. 3, 4. Amph. 70 (Galland. XIII, p. 707; Wolf. I. c. p. 687 seq.) — Theod. q. 24 in *Gen.* p. 25, 26; Amph. q. 51 (Mai, I. c. p. 53.) — Theod. q. 27, 28, 33 in *Gen.*, p. 29 seq. Amph. q. 14 (Mai, I. c. p. 14, 15.) — Theod. q. 59. in *Gen.* p. 34.; Amph. 70 (Mai, I. c. p. 85.) — Theod. q. 46 in *Gen.*; Amph. q. 41 (Mai, I. c. p. 12); — Theod. q. 41 in *Exod.* Phot. ep. 147, p. 204, seu Amph. q. 82. — Theod. q. 1 in I Paral. p. 367—371; Amph. 293 (Mai, I. c. p. 148).

Videtur Photius, quæ optima arbitrabatur, selegisse, A uni fortasse amicorum utilitati intentus, nonnulla inter excerpta habebat jam diu ante collecta, quorum fortasse auctores non amplius ejus memoriæ obversabantur, quemadmodum et aliis eruditis nonnunquam accidit.

8. Cæterum alias quoque quæstiones ex priscis auctoribus resolvit Photius, quas vix omnes determinare poterimus, cum modo non amplius exstant varia opera a Photio perlustrata et in *Myriobiblio* recensita. Quorum in numero Jobi libros de incarnatione et Eulogii Alexandrini disputationes contra Novatianos (56) ponendos censeo, quibus in *Amphilochiis* usum fuisse scriptorem nostrum collatio quarumdam quæstionum cum fragmentis in Bibliotheca servatis indicat. Præsto ipsi erant Justini solutiones dubiorum (57) et plura Maximi scripta (58); nonnulla quoque *Amphilochia* affinitatem ostendunt cum homilia de incarnatione, quæ Chrysostomo tribuitur (59) et cum Pseudoathanasii scriptis (60). Multa Patrum fragmenta alias deperdita, licet tecto auctorum nomine, in *Amphilochiis* servata videntur, quæ veluti anthologia seu florilegium ex Patribus spectari possunt, non secus ac *Myriobiblion*, diverso tamen consilio ac scopo elaboratum. In *Myriobiblio* rationem reddit Photius de libris a se perceptis ex omni genere disciplinarum, in *Amphilochiis* verò difficultates varias solvit ac maxime theologicas, illic potissimum auctores eorumque libros curat, C hic vero res ipsas, doctrinas et theoremata; in eo utrumque opus concordat quod thesauros recondit patristicæ eruditionis et aurifodina quædam est utilium variarumque cognitionum.

9. Attamen si plurima ex aliis hausit Photius, non pauca tamen ipse proprio Marte elaboravit. Plura *Amphilochiis* inseruit ex iis quæ in auditorum usum olim conscripserat (61), præsertim quoad dialecticas et philosophicas quæstiones (62). Præ-

(56) *Bibl. cod.* 222 cf. *Amph. q.* 188, 190, 191, 6.

(57) *Bibl. cod.* 280 *Lib. n. Cf. Amph. q.* 132.

(58) Quæstiones quædam dogmaticæ Photianis persimiles sub S. Maximi nomine insunt *cod. Monac. Gr.* 10 chart. sæc. 16 f. 688 — 691. Cæterum aliæ quæstiones fere eodem inodo propositæ aliter apud Maximum, aliter apud Photium solvuntur. Cf. Maximi Q. in *Script.* 1, 6, 12; et *Amph. q.* 2, 4, 8. — Maximi Q. in *Script.* 22, 44; et *Amph. q.* 7, 23. — Maximi Dubia et Quæst. 4, 26; et *Amph. q.* 112, 149. — Maximi Dubia et Quæst. 27, 47; et *Amph. q.* 42, 222. — Maximi Dubia et Quæst. 66, 75, 78; et *Amph. q.* 114, 234, 314. — Maximi Expos. in *psal.* 59; et *Amph. q.* 287. — Maxim. *De variis et difficultibus locis*, ed. Fr. Oehler, *Halis*, 1857, p. 248 — 252; et *Amph. q.* 78.

(59) Phot. *Bibl. cod.* 277, hom. 2, p. 843, 844. ed. Hoeschel. Cf. *Amph.* 161, 162.

(60) *Ps. Athanas.* q. 13, p. 285. *Amph. q.* 49, 213; et *Ps. Athan.* q. 59; *Amph. q.* 100.

(61) *Conf. quæstiones* 77 et 78 a nobis nunc primum editas.

(62) *Q.* 137-147.

(63) *Q.* 81-118, 171-175, 195-222. Etiam

terea illas quæstiones, quæ ex Epistolis in hanc collectionem relatæ sunt (63), Photii ipsius ingenio deberi probabiliter censemus. Hinc universum *Amphilochiorum* corpus e duplici fonte manasse dicendum est, quoad majorem quidem partem ex vetustiorum auctorum libris fragmentisque exinde decerptis, quoad alia vero ex fructibus studiorum ipsius collectoris, qui mira assiduitate amicos clericosque suos ad majorem in dies profectum altioremq; semper tum in sacra tum in profana scientia gradum evehere adnitebatur.

§ III. De materiis ac rebus de quibus agunt *Amphilochianæ* quæstiones.

10. Diversissimi ordinis ac generis esse argumenta in *Amphilochiis* pertractata ex superioribus dictis jam liquet. Tres tamen classes dissertationum licet distinguere. Quarum prima, omnium ditissima exegeticas et hermeneuticas complectitur disquisitiones, altera dogmaticas, tertia demum philosophicas, mythologicas, grammaticas et historicas nonnullas quæstiones solvit. Cum vero numerus exegeticarum quæstionum longe cæteras superet et a potiori jure denominatio fiat, merito universum corpus exegeticarum disquisitionum collectio poterit appellari.

11. Sacrorum Librorum textus ultra 240 quæstiones explanant, quarum complures *ἐναντιοφωνίας* seu apparentes Bibliorum contradictiones elucidant (64), aliæ varias Patrum expositiones referunt ac dijudicant (65), aliæ difficultates solvunt ex occasione Bibliorum obortas (66). Eædem interduum quæstiones his (67) vel ter (68) diverso modo expediuntur, quod inde potissimum evenisse putamus, quod Photius modo a diversis auctoribus solutionem petierit, modo idem argumentum, quod jam ab aliis pertractatum usurparat, iterato studio per semetipsum enucleare conatus fuerit. Major pars quæstionum quinque Moysis libros, Ecclesiasten, Psalmos, Evangelia et Pauli Epistolas respicit; rarius sententiæ Jobi ac prophetarum, Actuum apostolo-

quæstiones 1, 21, 28. Photio tribuendas puto.

(64) *Q.* 2, 7-9, 12 (*Mai*, t. IX, p. 5, 9, 12, 13), 19 (*ibid.* p. 18-20) 30, 35, 37 *Scottus*, p. 45 seq. 81 seq., 248 (*Wolf*, p. 585), etc.

(65) *V. gr. q.* 47, (*Mai*, p. 36 seq.) 222 (*epist.* D 135), 309 (*Wolf*, p. 701), 70 (*Mai*, p. 85), etc.

(66) *V. gr. q.* 5 (*Mai*, l. c. p. 4, 5).

(67) *V. gr. locus Genes.* IV, 7, tractatur q. 71 et 109. (*Mai*, t. IX, p. 57; *ep.* 211, p. 309); *Rom.* I, 13, q. 91 et 284 (*epist.* 164. *Mai*, l. c., p. 142); *Matth.* XI, 11, q. 222 et 309 (*epist.* 135, p. 180; *Wolf*, p. 701); *Marc.* III, 33, q. 45 et 215 (*Mai*, l. c. p. 30, *epist.* 152, p. 171); *Matth.* I, 20, q. 22 et 100 (*Mai*, l. c. p. 21, *epist.* 182, p. 270); *Galat.* V, 15, q. 54 (*Mai*, l. c., p. 58) et 148; *Joan.* VIII, 44, q. 47 et 241 (*Mai*, p. 36; *Wolf*, p. 675); *Rom.* XII, 20, q. 52 et q. 79, parte II (*Mai*, p. 56; *Wolf*, p. 689 seq.); *Psal.* L, 6, q. 56, 238 (*Mai*, p. 61-113); *Gen.* IV, 8, q. 11-104 (*Mai*, p. 10; *epist.* 203, p. 300).

(68) Problema illud cur Moyses, *Gen.* I, 1 seq., non commemoraverit regnum colorum, quæstio sexta (*Mai*, *Nov. coll.* t. I) decima quinta et pars prior quæstionis septuagesimæ novæ (*Wolf*, 687), pertractant.

rum et catholicarum Epistolarum exponuntur. Philologicae saepe observationes profert Photius (69), reliquias nonnullas antiquarum versionum Aquilæ, Symmachi et Theodotionis nobis suppeditat (78), et sobriam plerumque sequitur interpretandi rationem, qua allegoristarum immoderantiam et perversitatem respuit ac castigat (71) neque tamen mysticum sensum reprobatur. Imo sæpenumero Veteris Testamenti typi late admodum illustrantur (72), et litteræ spiritus, γράμματι πνεῦμα, præfertur (73). Non cuncta quidem solide, verum pleraque perspicue explanantur; varietas tamen et constants antiquiorum usus hos commentarios exornant, ex quibus plurima, quæ Pauli Epistolas illustrent, scholia in OEcumenii commentarios transierunt.

12. Ad alteram seriem quod attinet, circiter 50 quæstiones argumenta dogmatica prosequuntur. In his mysteria Trinitatis et incarnationis primum sibi locum vindicant, de quibus sæpius (74), etsi interdum subtilius quam verius, disseritur; polemicæ quoque in Latinis Diatribæ non desunt, quibus quædam eorum de processione Spiritus sancti ex Patre Filioque argumenta impetuntur (75). Tractatus vero *De voluntatibus gnomis* subtili argumentandi et arguendi modo facile cæteros superat. Præterea dogma de æternitate pœnarum defenditur, realis Christi in Eucharistia præsentia, baptismus in Trinitatis tantum nomine administrandus, perpetua beatæ Mariæ virginitas laud incongrue vindicantur (76).

13. Tertio demum loco veniunt diversi argumenti quæstiones. Modo Aristotelis categorias (77), modo Patrum (et quidem Gregorii Nazianzeni, Cyrilli et Joannis Climaci) dicta (78) commentatur Photius. Ad historiam litterariam spectant quæ de Asteriis et de Eusebio Cæsariensi disputat (79); ad mythologiam quæ de Hercule Amalthææ cornu gestante disserit, ad philologiam brevis de verbi εἶπε redundantia tractatus (80). Rationes quadragesimalis jejunii et statutæ ab Ecclesia irregularitatis ex defectu corporis exquirat, de ideis Platonis, de genere et specie, de Sibyllarum numero, de magnete, de anni initiis, de Kalendis, Nonis et Idibus aliisque breviter agit (81). Tot ac tam diversa argumenta partim brevissima responsione partim proluxa dissertatione hoc Amphilochorum opere Photius evoluit et illustravit.

14. In tanta rerum disceptationumque mole mirum sane haud est, quod non omnia eadem prorsus

A ratione nec pari felicitate enucleantur, quemadmodum nec desunt *Diatribæ*, in quibus Photius nimis suo ingenio indulget et modo brevitatis studio, modo verborum sententiarumque copia obscurus fit. Neque scribendi genus eodem judicari modo potest, tum quod ex tot auctoribus plane diversis singularique elocutionis forma distinctis plurima derivata fuerunt, tum quod ipse Photius, qui tam ingentem librorum copiam evolverat, a seipso, quod ad dictionem spectat, interdum discrepat. Sane nemo ignorat, quanto opere eruditissimus vir a candida priscorum Atticorum simplicitate et elegantia deflexerit, quamque raro puriorem illum dicendi modum attigerit, quem se plurimi facere sæpenumero protestatur, quemque discipulis tanquam studiorum metam proponit prosequendum. Oratio ejus sæpe ampullas projicit ornatumque nimium affectat; alibi rudior apparet atque humi propemodum repens; concisa interdum dialecticorum more, alias rhetorum posterioris ævi floribus haud bene colligatis supra modum omnem referta, modo clara omnino et perspicua, modo obscurissima et omni gratia destituta (82). Versipellax homo stylo quoque sese prodit.

15. Illud demum monendum, nonnulla non ad catholicæ doctrinæ normam nec accurate et caute satis disputari et abstrusa quædam ex areopagiticis scriptis hausta in *Dogmaticis diatribis* contineri, quæ sanam interpretationem, etsi non excludere, attamen difficile omnino reddere videantur. Non ea tantum, quæ ad controversiam Latinos inter atque Græcos agitatam, seu, ut rectius loquamur, ad dogma de Spiritus sancti ex Patre Filioque processione referuntur, verum et quædam alia, quæ in hisce quæstionibus occurrunt, suis plerumque locis ab editoribus adnotata a gravibus ac cordatis theologis hac in parte perstringenda sunt. Locutiones sæpe ab ecclesiastico loquendi usu differunt et difficultatibus sunt obnoxie, quarum tamen major pars opportune ex aliis Photii locis exponi poterit. Sic quando de Christo loquens. « Non tamen hominem Deum facimus, inquit, absit (83), » id sinistro accipi nequit, cum sexcentis locis Photius suam de incarnatione doctrinam luculenter exponat. Sæpe erroris umbræ quædam lectorem feriunt, raro vero aperti errores. Sed jam ad plenioris nostri operis notitiam, ad ea quæ ad præsentem editionem subsidia atque adminicula præstiterunt, animum vertamus.

(69) V. gr. q. 1, 21, 153.

(70) V. gr. q. 42.

(71) Q. 70 (Mai, l. c., p. 83).

(72) Q. 316 (Mai, p. 156); 295 (Mai, p. 149).

(73) Q. 59 (Mai, p. 67); 263 (Mai, p. 129).

(74) Q. 171, 181 seq., 193, 195, 223, 225, 228-251.

(75) Sic refellere conatur argumentum ex Patrum locutionibus desumptum, quibus Spiritus Filii imago dicitur (q. 235; Mai, p. 113), argumentum ex missione derivatum (q. 188) ac demum illud quoque, quod in Photiana hypothese Filium et Spiritum tra-

tres fore contendit (q. 28).

(76) Q. 13, 43, 73, 171.

(77) Q. 137, 147.

(78) Q. 78, 233, 243, 273.

(79) Q. 512, 221.

(80) Q. 106, 107.

(81) Q. 130, 20, 77, 150, 131, 334, 242.

(82) Cf. ea quæ diximus in *Animadversionibus ad Photii De Spiritu S. mystagoga* librum, § 1, n. 8.

(83) Cf. q. 184.

§ IV. — *De codicibus potioribus quibus Amphilo-* A Arcudius exaravit, quod Romæ in bibliotheca Bar-
chianæ quæstiones exhibentur. beriniana exstat (90), alterum possidet bibliotheca
 Marciana Venetorum eoque usus est Antonius Ca-
 tiferus Zacynthius, qui mira cum assiduitate uni-
 versa Photii opera colligenda curavit, editionem
 tamen diligenter præparatam ad finem perducere
 nequivit (91). E Coisliliano vero codice Franciscus
 Dionysius Camusatus, anno 1732, Amstelodami de-
 functus, sextam circiter partem nostri operis de-
 scripsit et cum Colbertino codice comparavit (92).
 Quam a Jacobo Wetsthenio acceptam Wolfius deinde
 adhibuit, cum exinde 46 quæstiones publici juris
 faceret. (95).

16. Codices manuscripti, qui Amphilo-
 chianæ quæstiones suppeditant, valde inter se differunt.
 Non omnes quæstiones in eodem codice reperiuntur,
 alii alii plures vel pauciores exhibent, nonnulli
 unam tantum alteramve dissertationem. Quatuor
 vero codices ditiores ac præstantiores huc usque
 noti sunt. Quorum unus est Coislilianus a Bernardo
 de Moutfaucon (84) descriptus numero 270 signatus
 et 388 quæstiones continens ab eodem eruditissimo
 viro recensitas. Multo locupletior adhuc est codex
 Lollini (85), qui Urbano VIII summo Pontifice in
 Vaticanam bibliothecam illatus est ibique numero
 1923 signatur. Est sæculi decimi tertii et in ejus
 indice (86) 313 diatribæ numerantur, reipsa tamen
 et alias quasdam continet, quæ in serie hac non
 recensentur. Tertius est codex Colbertinus n. 444 a
 Joan. Bapt. Cotelierio commemoratus (87), nunc Pa-
 risiensis, n. 152 (88), qui quoad ordinem nume-
 rumque dissertationum cum prædicto Vaticano
 concordat. Quartus est Regius Taurinensis, n. 51
 (b v ii) a Pasinio (89) descriptus, sæculo decimo
 quinto exaratus et cum Coisliliano quoad priores
 138 quæstiones consentiens; plures tamen illius
 partes hic deficiunt et nonnisi 297 quæstiones nu-
 merantur.

17. Porro plura sunt apographa ex his potioribus
 codicibus desumpta. E Vaticano alterum Franciscus

18. Exstat præterea in regia Neapolitana biblio-
 theca codex mutilus 18 Amphilo-
 chianæ quæstiones continens (94), quo post alios (95) Joannes Andre-
 sius (96) et Angelus Antonius Scottus (97) usi sunt.
 His accedunt plurimi codices, qui aliquot tantum
 suppeditant quæstiones, ut eas, quæ de Aristotelis
 categoriis agunt (98). Quæstio de ubi-
 quitate Christi comparet in codice Titiano Combefisii (99), in codi-
 cibus duobus Vaticanis (1), in Monacensi Gr. 104 (2),
 in Vindobonensi (3) et Escorialensi (4); quæstio de
 voluntatibus gnomis (5) in Vallicelliano (6), Mo-
 nacensi (7) et Vindobonensi (8). In aliis manuscrip-
 tis aliæ quæstiones seu potius earumdem fragmenta
 prostant, ut quæstionis 165 pars quædam sub
 proprio titulo in Vaticano quodam codice (9) et alia
 plura a Fabricio (10) jam magna ex parte commemo-
 rata.

(84) Bibliotheca Coisliliana, olim Segutieriana,
 Parisiis 1715 f. p. 326 seq.

(85) Vide Lollini Epistolas, p. 326; Allatium,
De Eccles. Orient. et Occid. perpetua consens. lib. II,
 c. 6. n. 4; Maium, Præf. cit. p. xiv.

(86) Πίναξ ζητημάτων præmissus est ipsi operi;
 numerorum vero series in ipso opere ab eodem dis-
 cripat.

(87) *Monum. Eccles. Græcæ*, t. III, p. 556. Wolf.
Curæ philol. crit., t. V, Præf., p. III, v. vi.

(88) Catalogus mss. bibl. (olim) Regiæ, T. II,
 p. 259. Quoad codicem 1228 pariter olim Colberti-
 num, sæc. XI, et codicem 1229 e codice montis Atho
 jussu Chrysanthi Hieros. patriarchæ descriptum
 accuratioribus notitiis destituti sumus.

(89) Codices mss. biblioth. Reg. Taurin. Athenæi,
 Taurini. 1749; f. p. I. p. 108 seq.

(90) Cf. Allatium, l. c.

(91) Antonius Κατφόρος, Zacynthius, presby-
 ter, vir egregiæ eruditionis, linguarum Græcæ, La-
 tinæ, Italianæ peritus, doctusque philosophiam non
 Aristotelicam modo, sed recentiorum quoque, nec
 minus sacram theologiam, divinæ Scripturæ peri-
 tus, sacrorum eloquiorum præco. Fuit et ipse do-
 ctor Venetiis in Flanginiano collegio. Ita Deme-
 trius Procopius in *Recensione succineta eruditorum
 Græcorum*, mense Junio anni 1720 exarata (Fabric.,
Bibl. Græca, t. XI, p. 547, n. 87, ed. Harless). De
 hoc viro infra plura dabimus. Hic monendum, in
 ejusdem Schedis citari codicem quoque Philadel-
 phensem, ex quo *Amphiloquia* compleverat, nihil
 tamen de eodem peculiariter adnotari.

(92) In historia critica *Ephemeridum litterar.*,
 Gallicæ, Amstelodami, 1754, 8, p. 96, id ipse testa-
 tur.

(93) J. Chr. Wolf. Præfat. cit., p. VII.

(94) Codices mss. Gr. reg. biblioth. Borbonicæ a

Salvatore Cyrillo descripti; Neapoli, 1832, t. I,
 p. 181.

(95) Narrat Wolfius, l. c. p. 3. « Comparaverat
 illum (Neapolitanum codicem) olim Antonius Ca-
 raccioliolus et Romam miserat ad Leonem Allatium,
 qui eundem a Neophyto Rodino, monacho Cyprio,
 descriptum, variis lectionibus vel emendationibus
 ad marginem instruxerat. Hujus vero apographi
 copia una cum epistola Allatii ad Caraccioliolum adhuc
 exstat Neapoli in SS. Apostolorum archivio, unde
 aliam sibi fecit Nicolaus Falconius abbas, qui anno
 1719 conversionem ejus Latinum prelo paravit. »

(96) Andresii *Prodromus de Anecdosis Neapolitan.*
biblith., p. 81.

(97) Ex Photii *Amphilochiis* quædam, Neapoli,
 1814, 4.

(98) Vide Oudinum, *De script. eccles.* Lips 1722,
 t. II, p. 207 214. Has quæstiones seorsim descriptas
 eruditi cum peculiare Photii opus habuerunt.

(99) *Biblioth. concionatoria*, I; Præfat., p. xxxviii,
 (1) Cod. Reg. Vatic. 108 f. 24 b., 25 a. Cod. Pa-
 lat. Vat. 262, f. 202 a, 203 b.

(2) Vide Aretin. *Beiträge zur Geschichte der Li-
 teratur.* (Monachii, 1804), t. VII, p. 4, 386.

(3) Vindob. Gr. theol. 26 (Kollar. *Bibl. Cæs.*, VII,
 135).

(4) Plüer, *Itinerar. per Hispan.*, p. 187. — E.
 Miller, *Catal. mss. Gr. bibl. Escorial Paris*, 1848.
 (Cod. Esc. Y, L., p. 13, n. 249 sæc. 16), p. 190.

(5) Est. q. 80.

(6) Cod. Vallicell. Lit. D., cod. 26.

(7) Monac. Gr. 52, 152.

(8) Cod. Vindobon. Gr. theol. 208, n. Lamb. V,
 p. 13.

(9) Cod. Vat. 430, f. 155 a.

(10) *Bibl. gr.*, t. XI, p. 27, seq. 32-35, ed. Harless.

19. Cum Vaticanus codex 1923 omnium, quot- A
 quot huc usque innotuerunt, locupletissimus sit et
 sæculo tertio decimo conscriptus multis commen-
 detur titulis, præ cæteris in hac nova *Amphilochia-*
norum editione, quantum id fieri potuit, normæ
 adinstar habendus esse videbatur. Quam vero ra-
 tione id fuerit peractum, paucis explicabitur infe-
 rius, posteaquam ea, quæ hucusque in *Amphilo-*
chiis publica luce donandis fuere præstita, succincte
 exposuerimus.

§ V.— *De Amphilochianis quæstionibus huc usque*
editis.

20. Leo Allatius, qui hoc opus doctissimum et
 eruditissimum tantumdem cum teneis et blattis col-
 luctari vehementer dolebat (11), nonnulla ex eodem
 interdu suis operibus immiscuit (12), editionem
 tamen, quam animo conceperat, non perfecit. Multi
 deinde eruditi ejusdem operis editionem præpara-
 bant, ut Caperonnier Parisiensis professor (13), Dio-
 nysius Camusatus Amstelodamensis (14), Nicolaus
 Falconius Italus (15), Antonius Catiforus Græcus,
 Andresius Neapolitanus. Sed omnes vita functi sunt
 nondum perfecto labore. Proximus jam ad metam
 accesserat Catiforus, cujus studia indefessa plures
 manuscripti toni testantur Venetiis, uti diximus,
 asservati. Hic Amphilochianas quæstiones collegerat,
 Latina versione et notis instruxerat; idem
 Photii *Bibliothecam* seu *Myriobiblion* feliciter quam
 antea Andreas Schottus Latinæ linguæ reddiderat;
 cuncta pene opuscula Photii nomine insignita,
 inter quæ tamen haud pauca sunt pseudepigrapha,
 in unum conjunxerat, adeo ut nonnisi postremæ
 curæ defuerint ad Photii opera quam exactissime
 evulganda. Mirum est hæc Catifori studia tot doctos
 viros latuisse, qui post eum aut de Photio scrip-
 sere aut ejus opuscula ediderunt. Sane cardinalis
 Maius ex his reliquiis Catiforianis insigne commodum
 percepisset, nonnulla accuratius elegantiusque edidit-
 set, si nota ei fuissent ea, quæ ille tot laboribus
 exantlatis sibi comparaverat, omni tamen apud posteros
 laude privatus, quam jure optime meritus fuerat.

(11) Allat. *Contra Hottinger.* c. 17, p. 266.

(12) *Synagmate de Engastrimytho*, c. 2, *De Simeoni-*
bus, p. 3.

(13) Teste Basnagio in *Antiquis lectionibus*, ed.
 Antwerp. 1725, f. tom. II. parte II, p. 378.

(14) Wolf. *Curæ philol. et critic.* t. V, Basileæ.
 1747. 4, Præf.

(15) Wolf. l. c. Fabricius, *Bibl. Gr. t. XI*,
 p. 27, ed. nov.

(16) *Defens. epistolar. Pontif.*, p. 24, 65; Not. in
Constitut. apostol. VIII, 44, p. 155; lib. *De jure*
ordinandi ministros Ecclesiar. p. 155. Allat. c. Hot-
 ting. p. 266, 267. Fabric. *Bibl. Gr. t. c.*

(17) *Antiqu. lect. t. V*, p. 188 seq. ed. vet. In-
 golst. 1604.

(18) *Auctar. antiqu. lect.*, Ingolst. 1616, 4, pag.
 437 seq.

(19) Maius, Præf. cit.

(20) *Bibl. Gr. t. XI*, p. 23, ed. nov.

(21) Opp. *Amphilochii*, Andree Cretensis et Me-
 thod. p. 226.

(22) *De consens. l. c.* p. 576. C. Combefisii *Re-*
censiti auctores; *Biblioth. PP. concionatoriae*, Paris,

21. Nonnisi per partes ergo Amphilochianæ quæ-
 stiones evulgatæ fuere ac per fragmenta primum quæ
 tum Allatius, tum Franciscus Turrianus, societatis
 Jesu sodalis, in medium produxere (16). Idem tamen
 Turrianus e codice Bavarico sex quæstiones Latine
 primum in Canisii Sylloge (17) evulgaverat, qua-
 rum textus Græcus nondum tunc prodiit. Petrus
 Stevartius (18) vero, ejusdem sodalis, quæstionem
 de voluntatibus gnomis ex Turriani versione pub-
 lici juris fecit. Has vero dissertationes ad lauda-
 tissimum *Amphilochiorum* opus pertinere ignora-
 runt eruditi (19); primus J. A. Fabricius (30) ut vi-
 detur, id suspicatus est. Anno deinde 1644 Fran-
 ciscus Combefisius quæstionem contra ubiquestis
 falso saucti Amphilochii inscriptionam nomine edidit (21)
 B (quem errorem Allatius (22) detexit), deinde vero
 quæstionem *de Asteriis* ab eodem Allatio acceptam
 (23). Prodiit præterea opera Richardi Montacutii
 anno 1651 Londinensis Photianarum epistolarum
 editio, ex quibus multæ (24) *Amphilochiis* fuerant
 insertæ, neque tamen ex tunc ceu partes nostri
 operis agnitæ fuerunt. Ita toto sæculo decimo sep-
 timo nonnisi pauca ex toto opere segmenta publicam
 lucem aspexerunt.

22. Majores progressus nacta est hujus operis
 evulgatio sæculo decimo octavo. Anno 1715 Monte-
 falconius seu Bernardus de Montfaucou dato
 Coisliniანი codicis indice quatuor Amphilochianas
 quæstiones evulgavit (25), quarum tamen tres jam
 dudum prodierant: prima de Hercule ceu epist. 209;
 C altera de Eusebio Cæsariensi inter Photii epistolas,
 n. 144; tertia *de Asteriis* in Combefisii *Auctario*
novo. Anno vero 1723, J. Basnagius novam H. Ca-
 nisii *Antiquarum lectionum* editionem procuravit,
 in qua (præter unam) Dissertationes a Turriano
 Latine editæ Græco textu, quem D. Caperonnier
 subministraverat, exhibitæ fuerunt (26). Tandem
 J. Chr. Wolfus quadraginta sex quæstiones exege-
 ticas sub titulo *Amphilochianarum* edidit (27), quæ
 exinde in Patrum Bibliothecam Gallandianam trans-
 ierunt (28). Quid vero M. J. Justus Spier (29) hæc
 1662, 8, p. 152.

(23) *Auctar. PP. Nov.* 1648, p. 1, p. 279. Est ea
 quæstio in Coisl. codice, q. 127, in Vatic., 312.

(24) Wolfus numeravit 65 epistolas *Amphilo-*
chiis insertas. Sed ex cod. Vat. præter has 7 aliæ
 addendæ sunt (epist. 34, 77, 135, 205, 219, 228,
 241, quæ apud Montefalconium respondent quæ-
 stionibus 222, 239, 167, 127, 135, 156, 137). Et una
 ex illis 65 bis numerata fuit; nimirum epist. 163,
 quæ in Coisl. codice bis occurrit (p. 255, 271)
 in Vaticano tamen nonnisi semel (q. 90).

(25) *Bibl. Coisl.* p. 346-348. Sunt vero: q. 129,
De Hercule Amalthææ cornu gerente (Vat. q. 107);
 q. 125, *de Asteriis* (Vat. q. 312); q. 166, *De Euse-*
bio (Vat. q. 351); q. 160; *De Sibyllis* (Vat. q. 64).

(26) *Thesaurus monumentorum eccles. et histori-*
corum, sive Henr. Canisii. Sectiones antiquæ ad sæ-
culorum ordinem digestæ, Antwerp. 1728, f. t. II,
 p. II, p. 379 seq.

(27) *Curæ philol. et crit. t. V*, p. 651-815.

(28) *Galland. Bibl. PP. t. XIII*, p. 695-732, Ve-
 net. 1779.

(29) Harlessius in *Fabricii Bibliotheca Græca*,

in re præsterit, nondum præulms reperire. Re- ipsa sæculo decimo octavo exeunte 128 diatribæ ex *Amphilochiis* publicatæ fuerunt: 71 apud Montacutum: 8 apud J. Basnagium (30), 2 apud Combefisium, una apud Montefalconium (31), 46 apud Wolfium.

23. Sæculo demum nostro A. Scotus (52) primum 17 quæstiones novas dedit una cum alia, quam Combefisius mutilam dederat, quæstionem videlicet contra Ubiquistas (55). Angelus vero cardinalis Maius 150 novas quæstiones evulgavit (34); quæ vero re ipsa solum 147 constituunt, cum inter has tres jam antea fuerint publicatæ (55). Hinc a Scotto et Maio 164 quæstiones datæ sunt, quæ cum illis 128 jam antea editis faciunt 292.

24. Eundem quæstionum editarum numerum jam Gieseler (36) annotaverat, sed ex falso omnino calculo; nam omissis septem quæstionibus, quæ vere omnes inter epistolas leguntur (37), totidem alias bis recensuit (38).

25. Non est hujus loci singulorum editorum vel merita extollere vel negligentias accusare. Non omnes iisdem codicibus manuscriptorum utebantur, nec eadem methodo procedebant nec pari exactæ editiones præparabant. Quoad rei tamen summam utiliter omnes operam navabant illustri sane inter posteriores Græcos scriptori, quem alii nimis extulerunt laudibus, alii justo levioris pretii aestimaverunt, operique, quod inter theologica ipsius scripta, quamvis non integrum ex ejus ingenio profectum, primum tamen locum merito obtinet. Tot vero insignes viri, qui in hoc opus sua contulerunt studia, ipsius quoque magnæ sunt commendationi.

t. XI, p. 26 notat ista: M. J. Justus Spier in *Wittenbergische Anmerkungen ueber theologische, philosophische, historische, philologische und kritische Materien*. t. I, Wittenbergæ 1738, 8. (Vide *Ephemerid litt.* Lips. 1738, p. 695 seq.) edidit observationes in Photii *Amphilochia* et in fine quædam ex illis *Amphilochiis* nondum publicata. Confer Kordes in Lips. *Allgemeiner literarischer Anzeiger*, n. 97, p. 925 seq. a, 1801, ubi plura de Spirio. Confer et supplementum ad *introductionem Hist. lingu. Gr.* II, p. 47. — Verum mirari subit, quod Wolfius nullam mentionem fecerit hujus Spirii ejusque laborum, et Maius observat se nullibi notitiam de iisdem nancisci potuisse. Nos haud feliciores fuimus: invenimus quidem citatum ab Harlessio *Indicatore Lipsiensi*, d. d. 29 Junii 1801, n. 97, p. 926 seq., sed de re ipsa, quæ in quæstione est, nihil certi expiscari potuimus.

(30) Nimirum dissertatio quarta apud Basnagium, in *Amphilochiis*, in tres secta est quæstiones et dissertatio prima, utpote solum Latine edita, hic non est numeranda. Hinc una cum quæstione de gnoivicis voluntatibus 8, revera habentur.

(31) Scil. antea inedita *De Sibyllis*, p. 150.

(32) Ex Photii *Amphilochiis* quædam Neapoli, 1814, 4.

(33) Q. 38; Scotto, q. 37, p. 88 seq.

(34) *Veterum scriptorum Nov. Collect.*, t. I, dedit 20 quæstiones una cum versione Latina; t. vero IX, 130, alias (p. 1-158), solummodo Græce.

(35) Nam. q. 259, *Nov. Coll.* t. IX, p. 114 eadem est cum quæstione edita apud Gallandium, l. c. p. 705, q. 87; q. 247 *Nov. Coll.* l. c. p. 116 eadeip

A § VI. — *De præsentis Amphilochianarum quæstionum editione.*

26. Eminentissimus Maius postremas centum et triginta quæstiones typis mandans censuisse videtur, se nunc omnia, quæ nondum edita fuerant, *Amphilochia* publici juris fecisse totumque hunc dissertationum thesaurum absolvisse (59). Sed rem non ita se habere, ex Vaticani codicis inspectione et indicis Coisliniani a Montefalconio descripti collatione satis edocti jam alibi (40) docuimus, et pariter ostendimus saltem triginta duas quæstiones adhuc remansisse ineditas, et neque Vaticanum codicem iis, quæ Maius dederat, fuisse exhaustum.

27. Ut quanta maxima fieri potest certitudine numerum harum quæstionum determinarem, codices potiores conferendos esse statuimus. Illico apparebat Taurinensem codicem unam solum continere quæstionem (41), quæ cæteris desit; hac dempta Coislinianum omnia suppeditare, quæ in illo exstant; præterea Coislinianum, licet 308 quæstiones recenseantur, tamen nonnisi 306 re ipsa exhibere (42); Vaticanum vero ultra 313 præ se ferre, quarum plures a Coisliniano absunt; numeros demum apud Mainum notatos in pluribus esse turbatos, cum idem numerus diversis quæstionibus fuerit assignatus. Quare post tot eruditorum circa hoc opus labores nondum potuit totius collectionis ordo ac series neque numerus quæstionum ad amussim (43) determinari. Sperabamus quidem promissam dudum omnium *Amphilochiorum* editionem, quam in Græciæ regno Constantinus OEcon-

cum illa, quæ exstat apud Gallandium l. c. p. 707, q. 99; q. 172 *Nov. Coll.* t. I, p. 319 seq. eadem cum Photii epistola 31, p. 90-94, ed. Londinensis.

(36) *Histor. Eccles.* t. II, sect. 1, § 43, p. 348 edit. tertiæ.

(37) Scilicet Wolfium secutus, qui 65 epistolas *Amphilochiis* insertas putavit, cum revera sint 71. (Vide supra not. 24) sex quæstiones hujus ordinis omisit; septimam vero non novit, cum Basnagio pro octo editis septem tantum ascripsit.

(38) Montefalconio tribuit 4, Combefisio 2, Wolfio 46, Scotto 18, Maio 150 quæstiones. Sed una Scotti est eadem cum Combefisii quæ contra Ubiquistas, tres a Maio editæ jam in aliis fuere numeratæ, tres a Montefalconio publicatæ jam cum epistolis numeratæ erant.

(39) Vide *Nov. Collect.* t. IX, p. 158, not. final.

(40) In dissertatione *Ephemeridibus theologiac Tubingianis* inserta (*Tuebingen Theologische Quartalschrift*), anno 1858; fascic. II, p. 281.

(41) Scil. q. 190, quæ nobis est q. 324.

(42) Nam Coislin. q. 90, eadem est cum q. 169 (in Vatic. est una q. 226; et Coisl. q. 255 eadem cum q. 271 (Vatic. q. 90.)

(43) Ex eo quod Photius in *Bibliotheca* tercentos libros recensere voluit, quorum nonnisi 280 posidemus, aliosque adhuc recensendos statuit, concludi sane poterat, non fuisse præfixum certum numerum et collectionem ipsam sensim additis novis diatribis crevisse.

mus mense Martio anni 1857 vita functus parasse A dicebatur (44), in lucem prodituram; huc usque tament ea spes in rem haud transiit. Equidem diu desideratam editionem frustra praestolatus jam ante collegeram quæ opportuna erant ad accuratius de hoc opere iudicium ferendum, ac tandem occasionem nactus sum editarum questionum numerum ampliandi et augendi. Quod quo pacto factum sit, jam pauca est enarrandum.

28. Cum mense Octobri anni 1857 Romæ Vaticanos quosdam codices inspicerem, citatum jam codicem n. 1925 notatum, quo Em. Maius usus fuerat, perlustravi et universam questionum seriem una cum aliquot nondum editis hujus operis partibus descripsi. Sed Novembri mense medio in patriam redire coactus imperfectum laborem reliqui. Sequenti anno Venetiis in Marciana bibliotheca ejusdem Vaticani codicis apographum nactus sum, quod sibi Antonius Catiforus comparaverat, qui et Latinam versionem omnium questionum diligenter exaravit et adnotationibus auxit. Exinde ea quæ mihi in longioribus praesertim questionibus deerant complevi textumque Græcum quoad undecim de *Categoriis* Aristotelis commentationes rursus recognovi, quas tunc solas edere proposueram, eodemque tempore et Latinam versionem questionum quatuordecim (45) nondum editarum transcribendam majori ex parte curavi, quæ luce omnino digna visa est. Sic tandem iterato labore viginti et unam questionem (46) Græce mihi comparaveram, quæ nondum vulgatæ fuere; ob temporis angustias non omnes ineditas colligere licuit et reliquas solum ea mente perlegi, ut de Photii operibus acturus, quid singulæ continerent, haberem exploratum; hinc pauca mihi in schedis adnotavi huic sufficientia scopo, cætera in aliam occasionem remittens, qua Venetias, urbem mihi charissimam, et Marcianam bibliothecam, insigni urbanitate clarissimi D. Valentinelli ejusdem præfecti adhuc gratiorem, Deo propitio repeterem. Quæ spes huc usque in rem non transiit. Nunc vero scripta mea, quæ ex utroque itinere Italico reportaveram, recolligens commode editarum huc usque Amphilochianarum questionum numerum nova accessione a me augeri posse animadverti et cum ea, quæ supererant edenda, omnia dare nequiverim, complura tamen majoremque partem danda existimavi. Quæ licet brevissimo tempore ex exemplaribus manuscriptis hausta non ingrata fore eruditis spero, quibus nunc 313 questiones præsto erunt.

(44) Vide *Ephemerides Augustanas*. — *Allgemeine Zeitung*, anno 1857, n. 100 Supplem.

(45) Sunt questiones 15, 77, 78, et cæteræ sequenti nota recensitæ præter, q. 145, 147, 154, 226, 242, 243.

(46) Sunt qq. 15, 77, 78, 137-147, 154, 226, 233, 240, 242, 243, 275.

(47) Sunt qq. 15, 142, 148, 165, 224, 225, 243,

29. Sed is non solus exstitit fructus mei itineris. quod 21 questiones nunc primum edendæ mihi in promptu sunt; verum et ex ordine ac serie questionum earumdem numerum probabiliorum detegere licuit. In Vaticano porrò sunt 17 questiones, quibus Coislinianus caret (47), et Vaticanus sex destituitur questionibus, quæ in Coisliniano prostant (48) et una illa, quam Taurinensis propriam supra diximus (49). Si addimus Coisliniano codici quem 306 diatribas suppeditare novimus, 17 in eo deficientes ex Vaticano et unam ex Taurinensi, 324 questiones habebimus. Pariter si Vaticano codici membra deficientia addimus, ad eundem numerum deducimur (50). Ut vero varius codicum ordo melius dispici queat, indices, quibus inter se comparantur, textui subjecimus.

30. Jam vero ante nos editarum questionum textum recognoscere omnesque eas Latina instruere versione nec temporis ratio nec nostrorum negotiorum multitudo sinebat; hinc jam publicata fere omnia intacta relinquimus. Attamen data opportunitate codicem Monacensem 553, qui Photii *Epistolas* continet (51), cum Londinensi editione conferendi, nonnullas correctiones et variantes lectiones suggestimus quoad questiones ex Photii epistolis in *Amphilochia* translatas. Cæterum et alibi adnotavimus, quæ nobis inter alia studia occurrerant suis locis opportune animadvertenda. Igitur cum aliis distenti laboribus nec prius novæ editioni *Amphilochiorum* intenti amicorum hortatu ad insignem hanc Patrum ecclesiasticorumque scriptorum collectionem conferre aliquid pro viribus nostris tandem decreverimus: ea quæ nobis in promptu erant, libenti animo suppeditavimus *Amphilochia*, quæ nunc primum una cum editis nondum huc usque in unum collectis in medium prodeunt. Deinde et undecim illas questiones, quæ edendæ supersunt, suis signavimus numeris, ut et totius operis prospectus planus fiat et ordo Vaticani codicis, quoad ejus fieri possit, conservetur. Superest ut, si quid hoc in opere pro temporis brevitate minus correctum et expolitum dederimus, si quid in ea provincia, quam suscepimus, neglexerimus, quod minime erat prætereundum, docti lectoris veniam imploremus, quem difficultatem rei et tanti negotii molem, quo dispersa disjectaque membra in unum corpus colliguntur ac recens detectis, augentur, satis jam habere perspectam confidimus.

252-254, 275, 276, 287, 314-317.

(48) Infra q. 318-323 (q. 93-97, 108, 288. Montfauc.)

(49) Q. 324.

(50) Nimirum 317 + 7 = 324.

(51) Est chartaceus in 4, sæc. xv et xvi, a duobus diversis conscriptus. Cf. de eo Aretin: *Beiträge zur Geschichte der Literatur*, t. IX, p. 899-906.

II.

JOS. CHRISTOPHORI WOLFII PRÆFATIO IN PHOTII PATRIARCHÆ
 QUÆSTIONES AMPHILOCHIANAS QUAS EDIDIT AD CALCEM
 VOL. V CURARUM PHIL. ET CRIT. IN N. T.
 BASILÆ 1741.

Quidquid interea otii (dum *Curas philologicas et A* *criticas in N. T.* scripsissem) reliquum mihi erat, id ad divulgandam partem *Amphilochiorum* Photii, adhuc ἀνεκδότων, quam in calce conspicis contuli. De hoc opere ita habet. Exstat illud Parisiis manu, quæ seculum XI refert, exaratum in codice membranaceo 270 bibliothecæ Coislinianæ, olim Seguerianæ, cujus Catalogum indefessæ præstantissimi Bernardi Montefalconii industriæ debemus. Inscriptio, ex fide Catalogi illius, p. 326, ita habet: Τὰ Ἀμφιλόχεια, ἢ λόγων ἱερῶν καὶ ζητημάτων ἱερολογίαι πρὸς Ἀμφιλόχιον, τὸν δσιώτατον μητροπολίτην Νυζίου, ἐν τῷ καιρῷ τῶν πειρασμῶν, ζητημάτων διαφόρων, εἰ, ἀριθμὸν τριακοσίων συνταίνοντων ἐπιλοισιν αἰτησάμενον. Id est, *Amphilochia, seu sermones et quæstiones sacræ ad Amphilochium, sanctissimum Cyzici metropolitam, qui, tempore tentationum, quæstionum variarum, quæ numerum 300 conficiunt, solutionem expetierat.* Inscriptio hæc eadem ratione in codice Neapolitano, de quo mox dicemus, legitur in *Ephemeridibus litterariis Venetiis*, Italice editis, tom. XXXII, pag. 72.

Ex illa vero apparet, Ἀμφιλόχεια, vel, ut Allatius appellat, Ἀμφιλόχεια, vel, ut alii, Ἀμφιλόχεια, ideo appellari, quod *Responsa* illa ad Amphilochium, præsulem Cyzicenum, petentem, sint perscripta. Cave vero credas, de omnibus ita esse habendum. In *Epistolis* Photii, a Rich. Montacutio editis, sex omnino Amphilochii nomen referunt. Ex his tres tantum exstant in *Amphilochiis*, nempe epp. 137, 163, 178, cum quibus exacte conveniunt *responsa* 162, 255 et 178. Tres cæteræ vero nempe 168, 198 et 207 inter *Responsa* illa desiderantur. Ab altera parte in *Amphilochiis* Responsum 141, quod habes infra p. 708, inscribitur Amphilochio, quod frustra quæris inter *Epistolas*. Præterea multa *Responsa*, in *Amphilochiis* exstantia, etiam in *epistolis* (ceu mox ostendemus) leguntur, sed aliorum nominibus inscripta. Ita Resp. 166 est epistola 135, quæ tamen ibi Constantini fratris nomen refert. Propterea ita potius statuendum puto, quod variæ Photii epistolæ hinc inde sint collectæ, et *Amphilochiorum* nomine insignitæ, ideo, quod Photio frequens litterarum cum Amphilochio commercium intercesserit. Taceo nonnulla in his haberi, quæ non tam *Responsa*, quam *Excerpta* quædam referunt, quæ Photius ex aliis, v. c. Chrysostomo, etc., petiit. Vide ex gr. infra p. 730, 800. Id certum est, Amphilochio, episcopo Iconiensi, non tribuenda esse, quæ in *Amphilochiis* leguntur. Hoc quidem

visum fuit Franc. Combelsio, qui responsum 37, *De incircumscripita Filii Deitate* inter Amphilochii *Excerpta*, p. 226 operum ejus exhibuit, recte ideo notatus ab Allatio *De consensione Eccles. Occid. et Orient.* p. 576. At ipse Combelsius errorem suum agnovit in *Recensitis auctoribus Bibliothecæ Patrum Concionatoricæ*, p. 152, qui libellus seorsim prodiit Parisiis 1662, 8.

Quod ad argumentum collectionis hujus spectat, maxima illius pars in illustrandis Veteris et Novi Instrumenti oraculis difficilioribus occupatur. Reliqua pars nunc theologica, nunc philosophica varii generis, nunc grammatica, nunc *Historiæ ecclesiasticæ et litterariæ* capita persequitur.

Collectio ipsa nunquam lucem vidit, quamvis manu exarata in variis bibliothecis exstat. In Gallia Parisiis bibliothecæ Colbertina et Coisliniana illius copiam faciunt. Prior in codice 444, quem ita describit Jo. Baptista Cotelierius in *Notis ad tomum III Monumentorum Ecclesiæ Græcæ*, pag. 556: « Adversus Manichaicam hæresin Paulicianam libri Photii quatuor, Euthymio Zigabeno visi, exstant cod. Colbertino 444, una cum ejusdem doctissimi viri *Amphilochiis*, ut certissimis indiciisprehendi, quamvis titulo, capite, cauda trunca sint. Posterior in codice 270, olim 139 ex quo, quod modo monuimus, Bernardus Montefalconius et titulos et initia 308 Responsorum exhibuit in *Catalogo Biblioth. Coislinianæ*, pag. 325 seqq., subjectis, speciminis loco, quatuor Responsis, p. 346 seqq. quæ mox appellabimus. In Italia Roma duplex operis exemplum exhibet; alterum in Bibliotheca Vaticana, alterum in Barberina, atque hoc quidem Francisci Arcudii manu descriptum. De utroque testis est Leo Allatius in *libris III de Ecclesiæ Occidentalis et Orientalis perpetua consensione*, lib. II, c. 6, p. 576. « Opus est, inquit, varium et multiplice eruditione plenum, theologis ac Scripturæ expositoribus maxime necessarium, eoque magis amplectendum, quod non alibi, quam in Vaticana, nunc postremum ex libris Lollianis, sub Urbano VIII inventum, quod ipse sciam, exstat. » Et paucis interjectis: « Opus tam dignum et doctum, a Francisco Arcudio, Nuscano demum episcopo, viro Græcis Latinisque litteris longe doctissimo, mihi- que studiorum familiaritate conjunctissimo, biennium ante fato functo, characteribus elegantissimis diligentissime descriptum, in sua bibliotheca reposuit bonarum omnium artium et disciplinarum restaurator, Franciscus Barberinus, publicæ om-

nium commoditati atque utilitati. » De codice illo Lolliano videsis ipsius Lollini *Epistolas*, p. 326. Præter hæc bibliothecam Taurinensem ejusdem operis exemplum habere constat ex *Ephemeribus litter. Venetis*, tom. VI, p. 478. Ad illa accedit codex Neapolitanus, de quo Allatius l. c. ita: « Annis nihilominus elapsis, Neapoli inventus est codex antiquissimus, imo frustum antiquissimi codicis, vetustate exesum, principio et fine mutilum: ex eo transcripta dubia et solutiones viginti, cum plura non essent, et ad me, veluti thesaurus ingens, transmissa sunt ab eruditissimis viris, qui operam suam in illis illustrandis pollicebantur; verum, cum scivissent, cujus illa erant, et opus integrum exstare, neglexerunt. » Hunc ipsum codicem non ita pridem diligentius descripsit vir clarus Sebastianus Pauli, Lucensis, in epist. ad illustr. Scipionem Maffei, quæ in iisdem *Ephemeridibus Venetis* tom. XXXII, p. 58 seqq. legitur. Ibi quidem p. 65, codex hic annorum 600 ætatem habere et anno 1717 ex *Archivo SS. Apostolorum* in Bibliothecam Cæsaream Vindobonensem, una cum codicibus aliis centum et amplius, translatus esse dicitur. Comparaverat illum olim Anton. Caracciolus, et Romam miserat ad Leonem Allatium, qui eundem, a Neophyto Rodino, monacho Cyprio, descriptum, variis lectionibus vel emendationibus ad marginem instruxerat. Hujus vero apographi copia una cum epistola Allatii ad Caracciolum adhuc exstat Neapoli in illo *SS. Apostolorum Archivo*, unde aliam sibi fecit Nicol. Falconius, abbas, qui an. 1719 conversionem ejus Latinam prelo paravit. Illo porro codice comprehenduntur viginti tantum responsa, auctore Allatio, l. c. vel octodecim, ex computo Seb. Pauli l. c. ubi singulorum titulos et initia, adjecta seorsim Latina versione, legis p. 66-72. Responsum primum refert numerum 25, ultimum vero 43, qui conjuncti conficiunt novemdecim. Huic si addideris epistolam, cujus initium ibidem, p. 72, post inscriptionem operis legis, summam, ab Allatio ductam, habebis. His itaque viginti Responsis Seb. Pauli, p. 66, nihil ait esse commune cum trecentis illis, ad *Amphilochium* datis. Ego vero ex Indice codicis Coisliniani *Amphilochiorum* intellexi, octodecim ibi legi inde a num. 24 ad 41. Eodem etiam ordine (nisi quod Responsum 35 mutato ordine, post 39 legatur), atque adeo unum tantum, quod in Neapolitano est 37, et incipit: « Ὅτι μὲν ἡ τοῦ Θεοῦ πρόνοια, κ. τ. λ. in Coisliniano illo codice desiderari. Atque hæc de Neopolitano illo codice sufficiant. Video præterea a Casimiro Oudino in *Commentariis de scriptoribus ecclesiast.* tom. II, p. 203, afferri biblioth. Bavaricam, cujus codice 175, *Amphilochia* Photii contineantur. At in Catalogo codicum Græcorum biblioth. Bavaricæ, p. 67, n. 175, hæc tantum inter cætera aliorum leguntur: *Photii patriarchæ de incircumscripta Filii divinitate ex Amphilochio*; ubi procul dubio legendum est *ex Amphilochiis*. In his enim hoc Quæsitum legitur, n. 37, codicis Coi-

sliniani. Itaque absit ut de integro *Amphilochiorum* codice cogitemus.

Hi, quos dixi, codices et numero et ordine Responsorum differunt. Ita ex cod. Vaticano Responsa 313 appellat Allatius, *De consensione*, etc. p. 576. Atque totidem in Colbertino exstare intellexi ex illa, quam habeo, *Amphilochiorum* parte. Qui enim eam ex Coisliniano descriptam cum Colbertino contulit, Franc. Dionys. Camusatius, de quo mox, aliquoties monet, hoc vel illud responsum haberi in Colbertino numero 5, c. 4, ex *tredecim* illis, quæ supra 300 in Colbertino illo exstant. Ita ad Responsum 116, διὰ τὴν πρωτότοκον ὁ Θεὸς τὸν Ἰσραὴλ καλεῖ, lego, exstare illud num. 3, *extredecim* præter 300 et ad Responsum 123, legi illud num. 10, ex iisdem *tredecim* supra 300. Observavi præterea, in Colbertino nonnunquam desiderari, quæ exstant in Coisliniano. Huc pertinent duo illa, quæ infra habes, p. 684, nec minus Responsum 95 et 96, etc. In Coisliniano apud Montefalconium numerantur Responsa 308. Porro ordo Responsorum alius atque alius est in utroque codice Parisiensi. Quamvis enim uterque usque ad Resp. 77 sibi invicem exacte respondeant, quod ad cætera tamen admodum a se ratione ordinis dissentiant.

Quod ad *Amphilochia* ipsa spectat, sexta circiter illorum pars in epistolis Photii, quas eruditæ Richardi Montacutii industriæ debemus, exstat. Illorum dabo Indicem in gratiam eorum, qui fortasse *Amphilochia* edere instituerint, ordinem codicis Coisliniani secuturus, ita quidem ut littera r. *Responsa Amphilochiorum*, e. vero *Epistolas* Photii indicet. r. 128. e. 208. r. 129. e. 209. r. 130. e. 210. r. 131. e. 211. r. 132. e. 213. r. 135. e. 214. r. 134. e. 216. r. 138. e. 246. r. 139. e. 247. r. 140. e. 248. r. 163. e. 137. r. 164. e. 138. r. 165. e. 139. r. 166. e. 144. r. 200. e. 30. r. 201. e. 51. r. 202. e. 33. r. 223. e. 35. r. 224. e. 36. r. 225. e. 37. r. 226. e. 38. r. 227. e. 43. r. 228. e. 50. r. 229. e. 54. r. 230. e. 58. r. 231. e. 61. r. 232. e. 62. r. 233. e. 63. r. 234. e. 64. r. 235. e. 72. r. 236. e. 74. r. 237. e. 75. r. 238. e. 76. r. 240. e. 102. r. 241. e. 125. r. 242. e. 127. r. 243. e. 129. r. 244. e. 132. r. 245. e. 133. r. 246. e. 134. r. 248. e. 147. r. 249. e. 151. r. 250. e. 152. r. 251. e. 155. r. 252. e. 156. r. 253. e. 157. r. 254. e. 161. r. 255. e. 163. r. 256. e. 164. r. 257. e. 167. r. 258. e. 176. r. 259. e. 177. r. 260. e. 178. r. 261. e. 180. r. 262. e. 181. r. 263. e. 182. r. 254. e. 187. r. 265. e. 192. r. 266. e. 196. r. 267. e. 203. r. 269. e. 145. r. 270. e. 162. r. 271. e. 163. r. 272. e. 165. r. 273. e. 166. Summa omnino est 65.

Non desunt præterea viri eruditi, qui nonnulla ex his Responsa ediderunt. Inter hos est laudatissimus Combefissius, qui, quod supra jam monuimus, Resp. 37. *De incircumscripta Filii Deitate* ex Tiliano codice. (Vide ejus *Recensitos auctores Bibliothecæ PP. Concionatoria*, p. 152.) Inter *Amphilochii* scripta, et Respons. 125, de *Asteriis pluribus*,

in calce Asterii sui addit. Postea diligentissimus Montefalconius in Catalogo Bibliothecæ Coislinianæ, p. 348 sqq. quatuor omnino Responsa, nempe 125 de Asteriis, 129, de cornu Amalthææ, 160 de Sibyllis, et 166 de hæresi Eusebii in communem usum Græcæ et Latine produxit. Ubi velim, notes, Resp. 125 de Asteriis idem esse, quod Combefisius ediderat, 129 vero et 166, in *Epistolis* Photii, illud epist. 209, hoc autem epist. 144 jam ante editum legi. Nec omittendi sunt alii, quos celeberr. Jo. Alberti Fabricii nostri verbis in *Bibliotheca Græca*, vol. IX, p. 362, appellabo. « Locum, inquit, ex quæst. 85, producit Allatius capite 2, *Syntagmatis de Engastrimytho*; alium ex quæst. 157 in libro *De Simeonibus*, p. 6. Alia loca laudat Franc. Turrianus in *Defensione epistolarum Pontificum* (p. 24 et 165) et in *Notis ad Constitutiones apostolicas* (VIII, 41, p. 155), nec non in libro *De jure ordinandi ministros Ecclesie*, p. 155. »

Superest, ut de iis dicam, quæ ipse ego ex egregio opere in calce hujus voluminis exhibui. Pervenit ad me illa *Amphilochiorum* pars, quæ inde a Resp. 14, codicis Coislin. usque ad Resp. 201 legitur. Debeo illam liberalitati viri rev. et clarissimi, Jo. Jacobii Wetsteinii, apud Amstel. cum maxime litteras elegantiores ornantis, cui hoc nomine gratias habeo agoque. Ille vero eam ex sectione librorum Franc. Dionysii Camusati, an. 1752

A d. 28 octobr. Amstelodami mature defuncti (cui præter alia Alphonsi Ciacconii *Bibliothecam universalem*, quoad illa, manu exarata, circumfertur, et apud me quoque exstat, et *Historiam Criticam Ephemeridum litterariorum*, Gall. Amstelod. 1734, 8, editam, debemus,) acceperat. Camusatus quidem totum opus (cujus prima et tertia pars frustra inter schedas ejus quæsitæ est) manu sua ex codice Coisliniano descripserat, et cum Colbertino comparaverat, imo et initium interpretationis Latinæ, a me non visæ, lecerat. Id ipse in *Historia critica Ephemeridum*, p. 96, testatur, quemadmodum ante hoc quinquennium per litteras mihi significaverat, parare se omnium Photii (in cujus *Bibliotheca* recensenda ego nunc versor) operum, atque inter hæc nominatim *Amphilochiorum* editionem. Ex ea igitur illorum parte, quam habeo, illa selegi, quæ ad expositionem locorum difficiliorum Novi Fœderis spectant, omissis tamen iis, quæ jam inter *Epistolas* Photii leguntur. Non omnia, fateor, eandem hinc doctrinam, hinc diligentiam spirant. Pleraque tamen ita comparata sunt, ut juvare et delectare possint lectorem. Illis itaque, cordate lector, frueris, et una mecum Deo O. M. gratias ages, quod curis his perficiendis et valetudinem et patientiam clementer mihi sit largitus. Ita vale in Domino, et *supplementa*, quæ supra promisi, suo tempore exspecta.

III.

ANGELUS ANTONIUS SCOTTUS *

LECTORI BENEVOLO

SALUTEM.

Cum illud sit in more positum, institutoque scriptorum, ut publicæ lucis usuram dum suis lucubrationibus largiuntur, jam usque ab exordio diligenter exponant, quibus potissimum de causis ad illas animum appulerint; monitum te volo, amice lector, non unam fuisse, quæ mihi aliis, atque aliis occupationibus implicato, ad hoc opus, quale illud cunque sit, aggrediendum, persequendumque maximo fuit incitamento. Primum cl. viri Joannis Andresii Regiæ bibliothecæ præfecti, cujus eruditioni ac benevolentiam plurimum me debere non diffiteor, auctoritas et imperium urgebat: is enim, pretiosissima quæque bibliothecæ κειμήλια cura sibi proposuerit in apicum proferre, noluit hæc Photii Ἀμφιλοχία, seu, ut alii scribunt, Ἀμφιλοχία, vel Ἀμφιλοχικά, in tenebris jacere: ac mihi plurimis sibi nominibus devinctissimo hanc provinciam tradidit, ut editio, versioque alacri animo suscepta mature ad exitum perveniret. Quare illud

mihi liceat usurpare, quod Theodorus Balsamo, dum et Photii *Nomocanonem* commentaretur, se dixit: Εἰ τι μὴ καθήκον ἕως γέγραπται..... ἐν ταῖς..... ἐρμηνείαις, ἀξιούσθω γνώμη· οὐδὲ γὰρ ἡμέτερον τόλμημα τὸ τοῦ ποιήματος μέγεθος, ἀλλὰ τῆς ἐξ ἀνάγκης ὑπακοῆς ἀποκύημα. Si quid fortasse minus conveniens scriptum est... in... interpretationibus, venia dignum habetor; neque enim noster est ausus ista lucubrationis moles, sed necessariæ obedientiæ partus (1).

Præterea Græcicæ, ac theologicæ eruditionis amatoribus me aliquid voluptatis, ne dicam utilitatis, allaturum autumabam; si isthæc Photii λέψανα typis evulgarem, ac Latina donarem civitate. Opera enim viri, nonnullis licet erroribus affecti, tamen ἐν λόγοις ὀνομαστοτάτου, ut inquit Zonaras (2), atque ἐπὶ σοφίᾳ γωρῆμου, ut Cedrenus fatetur (3), maximam sibi semper existimationem ac laudem conciliarunt; imo commodo suo consulere

(*) Præfatio operis cui titulus *Ex Photii Amphilochiis quædam*. Neapoli, 1814.

(1) Balsamo in *Nomocan.* Præfat. in fin.

(2) *Annal.* lib. xvi., pag. 127, Ven. 1729.

(3) *Histor. Compend.* pag. 433, Venet. 1729.

Catholicos, si cætera ejusdem auctoris scripta in lucem, aspectumque producerent, novissimus ille delirantium Græcorum malleus Leo Allatus disertissime docuit (4),

Deinde præclarorum quorundam virorum me exemplum confirmavit : cum enim per Franciscum Combefisium (5), Bernardum Montfauconium (6), et Christophorum Wolfium (7) nonnullas pariter *Amphilochianas Quæstiones* in communem usum Græce et Latine prolatas vidissem : ac plura reliquarum ἀποσπασμάτια a nuper laudato Allatio (8), et a Francisco Turriano (9) in medio posita non ignorassem ; eorumque editores bona, ut ita dicam, gratia ab litterarum rep. animadvertissem exceptos : par æquumque duxi ad eandem gratiam inueundam, viribus licet imparibus, contendere. Profecto hac in re illud ego consilium secutus sum, quod plurimi jam pridem scriptores susceperant ; ut scilicet quam celebritatem libellus meus ex editoris merito non posset sibi vindicare, hanc per Photii nomen acquirere videretur.

Postremo id accessit, in quo, tametsi multi puerilem quamdã sentient levitatem ; tu tamen, lector humanissime, qui hominum mentem levissimis interdum rationibus moveri, ac versari non dubitas, tantum utique ponderis agnosces, quantum animo titubanti ad decernendum satis esse perspexeris. Nosti nimirum ad præclarum illud Photii Φιλοτέχνημα, quod Μυριόβιβλον, seu *Bibliotheca* inscribitur, interpretandum, post Græcam fœschelii editionem alterum Scottum optimis auspiciis incubuisse (10) : nec te fallit, quam bene ea tempestate in ΦΩΤΙΟΥ ac ΣΚΟΤΤΟΥ nominibus luserint eruditi (11). Cum itaque hæc ego quoque perspecta haberem, in eandem arenam mihi descendendum putavi ; et certe universas hujusmodi Diatribas e Vaticano codice exscriptas facili negotio obtinuissem, prodidissemque in lucem, nisi votis meis multa et gravia obstitissent impedimenta.

Hæc autem quæstiones, ut in Latinum sermonem transferrentur, quantum habuerint dillicultatis ac laboris, illi utique perspicient, qui ipsas non raptim, sed attente legent ; nec quales post apertam ad sensum viam videantur, sed quales fuerint, dum ea delitescebat, diligenter expendant. Compertum est enim vel ipsis adolescentulis, qui Græcas litteras vix a limine salutarunt, quantum ad manuscriptorum, quæ nondum lucem aspexerunt, rectam lectionem statuendam insudemus : quantum medii ævi

(4) *De Ecclesiæ Occid. et Orient. consensione* l. II, c. 6, p. 576.

(5) *In Amphilochii, Andreæ Cretensis, et Methodii Oper.* Responsum 57 fuit editum pag. 226, et Responsum 125, in Asterio in cauce V. Auctarii Novum t. I.

(6) In *Catalogo bibliothecæ Coislinianæ* habentur quatuor hujusmodi responsa diligenter edita, et Latine versa pag. 346 et seqq.

(7) In *Curis philologicis et criticis*, tom. V, pag. 551 et seqq. ubi sunt responsa 123, sed nostris, ut plurimum, breviora.

A scriptores, ac Photius ipse, auctor alioqui disertissimus, a prisca Ἀττικισμοῦ elegantia desciverint, et quanta denique obscuritate ex eodem descriptionis vitio sermones præsertim διδασκαλικὸι obvolvantur. Verba enim τεχνικά, et quidem σχολαστικά, quæ tunc temporis percrebuerant ; argumentationum cavillationumque subtilitates, quibus ingenii acumen sese jactabat ; ac periodorum μεγαλοκώλων implicata prolixitas, in qua præcipuus orationis cultus constituebatur, sunt quædam veluti impedimenta, quæ lectori ad sensum recte tenendum identidem objiciuntur. Quo factum est ut ad unum omnes istorum Græcorum interpretes, dum præfantur, bonam a lectoribus precentur veniam, ut sibi παροράματα, in quæ pro vertendorum operum difficultate inciderint, libenter ignoscant. Accedit quod Photius in epistola, quam cum hisce Dissertationibus ad Amphilochium mittit, ipse ingenue fatetur se non elaboratam locutionem, sed obviam quæque vocabula adhibuisse (12) : ut fortassis innuat accuratam se neglexisse dictionem, atque adeo lectoribus plus laboris reliquisse impendendum.

Quæ cum ita se habeant, nonnullis in locis, ut Fabii verbis utar, περιφραστικῶς, seu pluribus id verbis, quod uno vel paucioribus dici potuisset, explicandum curavi (13). Neque hujusce me consilii pœnitet ; sum enim Tullii exemplum secutus, qui nec tamen, inquit, exprimi verbum e verbo necesse erit, ut interpretes indiserti solent ; cum sit verbum, quod idem declarat magis minusve usitatum. Equidem soleo etiam, quod uno Græci, si aliter non possum, idem plurimis verbis exponere (14). Itaque versionem κατὰ λέξιν, utpote minus opportunam interdum rejeci, tum quia Græcicæ linguæ ingenium a Latiali abhorreere videbatur, tum quia perspicuitati melius consulere, ac molestis verborum ambagibus lectorem non torquere mihi proposueram. Hanc etiam ob causam nonnunquam in verborum delectu, et collocatione, ut planiorem legentibus sensum exponerem, ab incorrupta Latini sermonis integritate consulto recessi : siquidem ab hujusmodi operibus non elocutionis flores, sed veritatum fructus expectant eruditi. Et nimirum

D Clemens Alexandrinus aperte profitebatur se in scribendo elegantiam μήτε μεμελετηκέναι, μήτε ἐπιτηδεύειν..... τοὺς γὰρ τῶν λέξεων ἐχομένους, καὶ περὶ ταῦτα ἀσχολουμένους διαδιδράσκει τὰ πράγματα, neque affectasse, nec fuisse sectatum.... eos

(8) V. *Syntagma de Engastrimytho*, cap. 2 *De Simeonibus*, pag. 3.

(9) *Defensio Epistolarum pontificum*, pag. 24 et 165 ; *De jure ordinandi ministros Ecclesiæ*, pag. 155.

(10) Vide editionem Coloniae an. 1611.

(11) Jamotius præsertim, ac Piersennæus, quos vide, nisi piget, in Prolegomenis ad editionem in do laudatam.

(12) Vide paginam 3.

(13) *Instit. orat.* lib. VIII, c. 6, et lib. IX, c. 2.

(14) *De finibus*, lib. III, c. 15.

enim, qui a dictionibus pendent, et in iis occupantur, ipsæ res effugiunt (15). Alibi quoque ipse de se, Ἐμοί, inquit, πρόκειται εὐγλωττίαν μήποτε ζηλοῦντα, ἀρξίσθαι μόνῳ τῷ ἀνίξασθαι τὸ νοοῦμενον ὅποιῳ ἐκ λόγου δηλοῦται τοῦτο, ὅπερ παραστήσαι βούλομαι, οὐθέν μοι μέλει. *Mihi propositum est ut elocutionem nunquam affectans contentus sim, si cogitatum meum declarem; quam vero istud voce explicetur, quod exponere volo, nihil mea interest* (16). Quod autem stylus potissimum in curandis versionibus ad hujusmodi regulam dirigendus sit, fuse docuit D. Hieronymus (17).

Nec minus fortasse profuit παρενθέσεις, quæ in αὐτογράφῳ deerant, pro re nata interserere, nec non et verba sacrarum Litterarum, aliorumque scriptorum, sive ἀκριβῶς, sive μεταφραστικῶς adducta cursivo, ut aiunt, caractere exscribere: hoc enim, quod mihi non multum negotii facessit, fortasse alicubi lectori erit adjumento. Præterea abs re non duxi loca, unde ipsa verba desumpta sunt, in ima paginæ ora indicare: ac denique versionem LXX seniorum a Photio allatam, cum nostra Vulgata, quam tibi, lector, familiariorum reor, commutare: paucis tantum exceptis locis, in quibus, uti monebimus, orationis contextus adversari videbatur.

Porro ego punctum illud, quod finale vocant, quoties perfectus, completusque verborum ambitus absolutæ περιόδου signum postulabat, meo jure interjeci; quod quidem non semel agendum mihi fuit, cum in codice nostro, uti et in cæteris ejusdem ætatis, rara admodum signa distinctionis occurrant. Quin etiam dissertationes singulas in quædam veluti capitula dispescendas curavi; tum ne diversas Photii animadversiones, commentationesque unica συνεπέτῃ legendas proponerem; tum ne imparitas ipsa, quæ inter textus ac versionis prolixitatem plerumque intercedit, tota in earumdem dissertationum terminum rejiceretur, atque illud nescio quid abnorme intuentium oculos posset offendere. Hos autem διαμερισμοὺς, quibus caret nostrum, in Vaticano ms., unde magnam quæstionis 33 partem obtinimus, rite ego servatos reperi; imo notæ quædam numericæ in margine appictæ

libi sunt, ut ipsa capita recenseantur. At ego, nisi fallor, in minutiores utique partes totam orationem distribui: quam institutionem jam usque ab exordio susceptam, consentaneum fuit vel in nuper memorato fragmento persequi; atque adeo quod uno Vaticani codicis capite continetur, id sæpe duobus in nostra editione explendis accommodatur. Scilicet persuasum est mihi eam voluptatem per hujusmodi κεφάλαια lectoribus conciliari, quam per lapides milliarum notantes percipere solent viatores (18).

Jam vero quidquid Coisliniano, Taurinensi, Vaticano, ac Barberino mss. acceptum referimus, in notulis suo loco subjectis profitebimur. At duo quidem priora studuimus de illis tantummodo dubitationibus consulere, quas nobis primi quæstionum versus attulerunt; cum hos duntaxat Bernardus Montfauconius (19), ac Josephus Pasinius (20) ediderint: posteriora autem in cæteris difficultatibus mirum quantum nos juverunt; siquidem viri præclarissimi æque, atque humanissimi Hieronymus Amatus Vaticanæ bibliothecæ scriptor, et Joachimus Pla Barberinæ præfectus ea, quæ ad lectionis emendationem, aut complementum ὁ πάνυ Andreus postulaverat, cum eo summa benignitate communicarunt. Cæterum ubi σφάλμα, ejusque διόρθωμα facili negotio patebant, aut ad lacunam explendam sensus me recte ducebat; nolui viros adeo conspicuos pro re parvi momenti obtundere, sed medicam ipse manum codici admovi, atque id de meo restitui, quod et in paginæ calce indicatum conspicies. Alias deinde notas reperies, et fortasse non importunas, quibus aliquid de Photiana quæstionis solutione disseram, et quid catholicæ Ecclesiæ δόγμασι repugnet, quid adversus novatores nobis prodesse possit, quid denique ὀρθόδοξων scriptorum scitis suffragetur, ea, qua par erit brevitate expediam.

Quidquid autem hac de re sit, « Quod dixi, » ut D. Bernardi verbis utar, « absque præjudicio sane dicta sint sanius sapientis. Romanæ præsertim Ecclesiæ auctoritati, atque examini totum hoc..... reservo; ipsius, si quid aliter sapio, paratus iudicio emendare (21). »

IV.

CARDINALIS ANGELI MAI PRÆFATIO IN QUÆSTIONES AMPHILOCHIANAS
PHOTII PATRIARCHÆ QUAS PRIMUS EDIDIT IN IVOL. SCRIPT.

VET. NOVA COLL. VAT. AN. 1825 ET DENUO 1831.

I. *Codex Vat. Amphiloichiorum Photii.* Quæstiones Amphiloichianæ tantam propemodum in sacris Photii scriptis, quantam ejus *Bibliotheca* in profa-

(15) *Stromat.* lib. II, pag. 263.(16) *Ibid.* lib. I, pag. 215.(17) *Epistol.* 49 et 57 ad Pammachium.(18) Id cecinit Rutilius Numatianus *Itiner.* lib. II, vers. 7 et seqq.(19) *Catalogus bibliothecæ Coislinianæ*, pag. 328

nis, famam obtinent. Primus sacri operis (sive id *Amphiloichia*, sive *Amphiloichianæ Quæstiones* dicere mavis) notitiam vulgavit Leo Allatius (1) hactenque et seqq.

(20) *Catalogus bibliothecæ Taurinensis*, t. I, pag. 411 et seqq.(21) *Epist. ad Canonicos Lugdunenses*, quæ est 173, pag. 179 edit. Paris, 1719.(1) *De perp. cons.* II, 6, p. 576.

opus varium et multiplici eruditione plenum, theologiae ac Scripturae interpretibus maxime necessarium: quod ego doctissimi Allatii de Photiano scripto iudicium, neoterici critici malevolentiae valde antefero. Idem Allatius nos docuit de praeclearo *Amphilochiorum* codice Vaticano, Urbano VIII pontifice maximo e Lollini Feltrini episcopi bibliotheca in Vaticanum migravit. Existimabat autem Allatius unicum esse *Amphilochiorum* hunc codicem, dempto Neapolitano, de quo mox dicemus, fragmento. Postea tamen aliquot alii innotuerunt, veluti Taurinensis Regius 31 (2); Coislinianus 270 (3); Colbertinus 444 priscus, ut aiunt, saeculi XI, qui nunc est Regius Parisiacus 1577 (4); Sevianus recens Parisiacus, deinde et ipse Regius (5). Mitto apographum e Vaticano ab Arcudio olim expressum, de quo Allatius loco praedicto: mitto item apographum a Camusato curatum e Coisliniano quo Wolfius usus est (6): mitto denique Miscellos diversa: um bibliothecarum codices, in quibus operis particulae aliquot insunt, veluti Tilianus Combelisii (7); Bavaricus a Wolfo Andresioque commemoratus (8); Vindobonensis 29 (9), in quo est Photii synopsis categoriarum Aristotelis, quam nonnulli (quos inter Cavæus) ab *Amphilochiis* immerito distinguunt: denique et Vaticani nonnulli codices fragmenta aliquot *Amphilochiorum* fortuito continent in Miscellis: de quibus omnibus sive longinquis sive etiam Romanis parum mihi laborandum est, qui nulla horum ope egeo, quandoquidem Vaticanum quem supra dixi plenissimum habeo. Est autem hic bombycinus in-fol. saeculi ferme XIII, Graeca manu eleganter scriptus. Olim tamen huic codici damna duo contigerant; primum quod ejus folia ab inscito bibliopago perturbata susdeque fuerant; iterum quod ejus Indicem primumque operis folium blattæ aut mador partim corruerant: mox tamen doctus aliquis materiae ordinem instauravit, in marginibus scribens quia quodque folium sede esset collocandum: tum illi initio pessumdato, ope alterius exemplaris, supplementum fecit recenti manu, in vulgari charta scriptum: sic tamen ut veterum quoque foliorum lacinias seorsim in volumine conservandas curaverit, nec quidquam veteris scripturae perire passus sit. Instaurati codicis meritum Andresius (10) Allatio tribuit. Illud tamen falsissime a nescio quo relatore dictum Andresio fuit, recentia scilicet hæc Supplementa Allatium manu sua conscripsisse: est enim mihi vulgoque notissima Allatii manus, a cujus indole longe abest supplementorum scriptura,

(2) Catalog. p. 108.

(3) Montfauc. *Bibl. Coisl.* p. 325.(4) Coteler. *Monum.* tom. III, p. 556, et Catalog. mss. Reg. Paris. Gr. tom. II, p. 259.(5) Montfauc. *Bibl. mss.* p. 1051.(6) Præf. ad *Cur. philolog.* tom. III, p. 7.(7) *Bibl. conc.* tom. I, Præf. p. xxxviii.

(8) Wolf. Præf. p. v; Andr. prodrom. ad mss. Neap. p. 81.

quæ non librarium tantummodo diversum exhibet, verum etiam supinum Græcique sermonis prope ignarum. gitor exscribenti mihi quaestionem primam Amphiloichianam, ad vetera illa fragmenta respiciendum non semel fuit (quæ in volumine conservata jam dixi), ut librarii novi mendis gravissimis medicinam facerem, meaque editione hanc labem excluderem. Codex ergo Vaticanus plenissimus Quaestiones Amphiloichianas 315 continet. Exin in codice sequuntur alia Photii Opera; nimirum 1.) Ineditus et acatholicus de Spiritu sancti a solo Patre processione liber, de quo nos infra loquemur. 2.) Alius de eodem argumento Photii libellus, nempe ipsa secunda epistola, quæ in Montacutii editione occurrit, hic autem novo titulo instruitur: *Ἐτέρα ἔκδοσις περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Ἐξεδόθη ἐν τῷ πατριαρχείῳ μετὰ τὴν ἐπανόρθωσιν τῆς ἔξοφλας*; scriptus nimirum a Photio libellus post reditum ab exsilio. 3.) Extremi in codice sunt libri Photii quatuor adversus Manichæos, quorum primum Montfaucionius e codice Coisliniano (11), tres reliquos Wolfus edidit (12) ex Holsteniano codice, quem a Vaticano nostro fuisse haustum suspiratur rectissime editor, ego vero nullus dubito, quandoquidem etiam clausula, quæ Wolfio imperfecta videtur, non alia in codice Vaticano, quam in Wolfii editione est.

II. *Part Amphiloichiorum antehac edita.* Cum plures igitur exstarent in Europæ bibliothecis *Amphilochiorum* codices, primus Franciscus Turrianus S. J. e Bavarico codice *Amphilochianas* sex quaestiones interpretatus est; easque Canisio anno 1674 in *Antiquarum Lectionum* sylloge Latine tantum edendas concessit (13). Eæ sunt in Vaticano codice 180, 181, 182, 185, 186; nam Turriani primam in codice non invenio; quare et Basnagius cum anno 1725 Canisium repeteret, et Græcum cæterarum textum ederet (14), primam Latine tantummodo posuit, quia Græce non habuit. Porro Turrianus alibi quoque *Amphilochia* memoraverat, nempe ad *Epist. pont.* p. 124, 165, ad *Const. ap.* VIII, 6, *De jur. ord.* p. 155; quod eruditi jamdiu dixerunt. Post Canisium anno 1616 Petrus Stewartius S. J. prolixam Photii *Amphilochianam* de Christi voluntatibus gnomicis (quæ in cod. Vat. est octogesima) eodem Turriano interprete edidit (15); cujus Græcum deinde textum Basnagius suppeditavit (16). Jam quia Canisius atque Stewartius quaestiones has sub Photii quidem, non tamen *Amphilochiorum*, nomine ediderunt, hinc accidit ut qui eruditi deinceps de *Amphilochiis* verba fecerunt, ii praedictarum septem editionem nescire

(9) Lambec. t. VII, p. 146.

(10) Prodrom. p. 85.

(11) *Bibl. coisl.* p. 349 sq.(12) *Anecd.* tom. I et II.

(13) Ed. vet. tom. V, p. 188 seqq.

(14) Tom. II, part. II, p. 420.

(15) *Auctar.* p. 457.

(16) Tom. II, part. II, p. 439.

videantur; quorum in numero sunt Combefisius, Allatius, Montfauconius, Wolfius, Gallandius, Andresius, Scottus. Unus fortasse Fabricius in Gr. bibliotheca lucubrations illas ad amphiloichiorum syllogen pertinere suspicatus est. Petavium denique ipsum miror, qui cum in Opere suo theologico (17) de monothelitis tandiu disserat, Photii tamen Opusculum de voluntatibus Christi gnomiis, quod ejus argumento commodissimum erat, penitus ignoraverit, tot licet ante annos ab ejus sodalibus et Latinum factum et editum. Tertius Amphiloichiorum editor Combefisius est, qui anno 1644 e Gallicano Tili codice Amphiloichianam quæstionem protulit contra ubiquistas, quæ in Vaticano codice tricesima octava est. Gravitè tamen erravit non intellecto codicis titulo Combefisius, ita ut scriptam ad Amphiloichium a Photio quæstionem, pro Amphiloichii scripto vulgaverit. Sed dein admonitus ab Allatio Combefisius retractavit errorem, atque alteram ab eodem Allatio acceptam de Asteriis (quæ in cod. Vat. est 312) edidit Amphiloichianam in *Auctarium Patrum*, p. 279; rem cæteroque tam parum adhuc edoctus, ut scribere non erubuerit ambigere se quisnam hic Photius fuerit, qui ad Amphiloichium quæstiones miscrit. Ignorabat scilicet Combefisius, quæ Allatius in libro *De consensu super Amphiloichiis* scripserat; quia nimirum eodem anno 1648 tum Combefisius *Auctarium*, tum Allatius volumen suum *De consensu* imprimebant. Quartus Amphiloichiorum editor Montfauconius est (18), qui anno 1715 vulgavit quatuor, nempe de Hercule Amalthææ cornu gestante, de Sibyllis, de Casariensis Eusebii hæresi, de Asteriis (in Vat. cod. 107, 150, 221, 312). Profecto Montfauconius de universo Photiano opere bene meritis est, cujus integrum descripsit indicem, quæstionum scilicet octo et trecentarum: sed idem magnopere erravit, primum quia se dixit edere ex Amphiloichiis quæstiones illas, quæ majoris momenti esse videbantur; quo judicio nihil inconsideratius, nihil falsius fieri potuit. Nam si quis Amphiloichia a me nunc edita, itemque illa a Scotto Wolfioque vulgata, cum his breviculis ac valde levibus Montfauconii conferet, præposteram Hercle laudem prædicatam comperiet. Num ergo Montfauconius quem vulgavit indicem ab amanuensi aliquo accepit, ipse vero codicem vix aspexit? Alioquin vix fieri poterat ut vir summus tot longissimas atque optimas lustrans quæstiones, neglectis his, breviores illas ac levidenses eligeret, suoque præconio atque honore typorum mactaret. Sed en rursus Montfauconius peccavit dum has quæstiunculæ ceu ineditas omnes vulgavit. Atqui de Asteriis quæstionem jam publici juris Combefisius fecerat: quæstiones de hæresi Eusebii et de Hercule in Photii epistolis multo ante a Montacutio editis occurrebant; id quod Wolfium certe non la-

uit (19): superest igitur ut Montfauconius scriptunculam de Sibyllis primus protulerit. Utrum quintum Amphiloichiorum editorem Spierium dicam, haud satis scio; et merito id dubito. Nam Theophilus quidem Harlesius semel et iterum ait (20) « Justum Spierium anno 1738 quodam in libro Germanica lingua scripto dedisse annotationes ad Photii *Amphiloichia*, et in fine quædam ex his *Amphiloichis* nondum edita. » Jam vero quid Spierius in eo Germanico libro, quo careo posuerit, nescio: sed quoniam video Germanum hominem eruditissimum Wolfium triennio post Spierii librum vix elapso Amphiloichianas quæstiones depromere, nihilque de Spierii curis, in Præfatione cæteroque temporibus locoque distans de Spierii opere judicem, quod ætate par et in limine versans Wolfius non agnovit. Sequitur jam sextus multo prædictis copiosior Amphiloichiorum editor Wolfius, a quo in philologicis curis Amphiloichianæ quæstiones quadraginta sex (a 74 ad 119) anno 1741 publicatæ fuerunt; quæ deinde anno 1779 in *Gallandiana Bibliotheca* t. XIII, repetitæ sunt. Et quidem adversus Gallandium expostulare liceret, cur contra institutum suum minora Patrum Opera coacervandi, quæstiones a Wolfio editas receperit, antiquius editas prætermiserit; nisi jam dixissem ignotas Gallandio fuisse ceteras, id quod ejus quoque Præfatio satis demonstrat. Inter eos qui de *Amphiloichiis* vulgandis solliciti fuerunt, proximus nobis ætate fuit $\kappa\omicron\lambda\upsilon\sigma\tau\omicron\rho$ Andresius, vir magnus meique dum vixit amantissimus, qui de anecdotis Neapolitanæ bibliothecæ Prodromum scribens, Amphiloichiorum quoddam fragmentum diu commendavit, atque ut luce donaretur, magnopere auctor fuit. Quod autem fieri optavit Andresius, id mox magna cum laude præstitit vir illustrissimus Angelus Scottus, bibliothecæ post Andresium præses, et regiorum principum in litteris institutor. Nimirum is, qui septimi editoris locum obtinet, amphiloichia duodeviginti, præter Præfationem, cum sua interpretatione Scholiisque Neapoli typis excudit; usus etiam Vaticani codicis suppetiis aliquot, quas cl. noster Amatius ad eum submitit. Amphiloichia igitur ante me sex edidit Canisius, Stewartius I, Combefisius II, Montfauconius I, Wolfius quadraginta sex breviora, Scottus duodeviginti. Summa itaque ante me editorum *Amphiloichiorum*, 74. Octavus demum editor ego sum, qui viginti amphiloichia hoc volumine exhibeo: quare centenarius jam numerus propemodum expletur. Atqui codex Vaticanus tredecim continet supra trecenta. Sed tamen scimus reliqua ex his complura inter epistolas a Montacutio editas jamdiu exstare. Insuper ego dedi operam ut *Amphiloichia* plerumque longissima, dilatis brevioribus, ad edendum deligerem.

(17) *De incarn.* lib. ix.(18) *Bibl. Coisl.* p. 346-348.(19) *Præf. ad Cur.* T. III, p. 7.(20) *Supplem. ad Introd. hist. ling. Gr.* tom. II, p. 47; et addit. ad *Fabr. Bibl. Gr.* tom. IX, v. 26.

Quibus rite perpensis, dimidiam fere Operis partem post me adhuc ineditam superesse judico.

III. *De mea editione.* Jam editionis meae ratio etsi simplex est, labore tamen ac difficultate non caruit. Nam in primis tantam operis partem ex antiquo codice exscribere, apte digerere, orthographia paussisque interpungere, mendis etiam aliquot perpur-gare, non levissimum negotium fuit. Eo accessit Latinae interpretationis elucubratio, qua Photium necessario declarandum putavi, propter eos qui Graece nesciunt vel qui Graece se scire simulant. Sed tamen ut citior editor fierem, paulo incultior interpres videri malui: igitur quidquid menti primum occurrit, id fere calamo pinxi, expoliri autem sermo non potest, nisi quem decens mora lima-verit. Curavi tamen ubique, ut Graecam veritatem Latina servaret translatio. Adnotationes raras sub-textui; his enim lectores carere facilius poterant: Biblicarum autem auctoritatum, quae tot a Photio laudantur, sedes proprias in libri marginibus demon-stravi. Quæstiones ipsas, quæ in codice continenter scribuntur, in articulos minores distinxi, quo scilicet perspicuitati sermonis consulerem, et iis qui locos citabunt rem commodam facerem. Cæteroque ordinalem numerum, quo unaquæque quæstio notatur in codice, idcirco servavi, ut ne tum quidem citandi ratio varietur, cum universum opus exstabit. Illud verissime testari queo, me de codice Vaticano *Amphilochia* omnium ferme potissima decerpisse; quæ nimirum vel ipsa prolixitate sua, vel argumento gravi et theologico, vel doctrinæ altitudine, vel novitate aliqua commendaban-tur, et quæ neque cum *Amphilochiis* editis, neque rursus cum epistolis congruebant. Profecto in his tanta rei bonæ copia est, ut quas de hoc Opere laudes Allatius, Wolfius, Andresius, Scottus aliique pleno ore prædicaverunt, eas nemo, ut spero, nimias judicaturus sit. Mihi vero cogitanti permi-rum videri solet, qui fieri potuerit ut Photius in sæcularibus curis muneribusque versatus usque ad episcopatum, ad quem laicus subito evectus fuit, tantam divinarum Scripturarum atque abstrusioris theologiæ notitiam facultatemque adeptus fuerit. Tres tamen in Latinis occurrunt Patribus, quos æquo jure Photii ingenio opponamus; hi sunt Cyprianus, Ambrosius, atque Augustinus; quorum primus a foro et honoribus ad sanctuarium subito transiit, et tamen in acutissimis Ecclesiæ theologis reputatur. Secundus a sæculari Liguriæ præfectura ad infulas repente raptus, nihilominus tantam mox edidit sacræ doctrinæ copiam, quantam edita ejus opera demonstrant; præter illa quæ celeberrima olim, nunc amissa querimur. Augustinus item profanis studiis usque ad adultam ætatem innutritus, brevi mox maximum omnis theologiæ lumen inclaruit. Jam qui sacræ Hermeneuticæ canones cognoscere avel, is Photii primam quæstionem,

A tum vicesimam, tum alias aliquot, tum denique 260^{am} adeat. Bibliorum locos qui repugnantium speciem habent, recte conciliant complures ex his quæstiones, ut G, 23, etc. Nonne ipsa theologiæ penetralia cernimus in quæstionibus de baptismo et de vitæ termino? Utique et illæ de personarum divinarum proprietatibus persubtiles perque accu-ratæ sunt. Nonne demum componendis moribus prosunt illæ de Eucharistia, et de Providentia, et de sempiternis scelerum pœnis?

IV. *Controversiæ aliquot de amphilochiis.* Age vero quia hoc opus ad Amphilochium scribi vide-mus, nemo existimet, omne id quæsitum ab hoc homine forte propositis respondere. Est enim hic solemnis προσφωνούτων mos, ut ob captandam scribendi ansam, rem ejusmodi lingant. Sic Euse-bium simulavisse puto, dum ad Stephanum Mari-numque scriberet. Sic Theodorus Mopsuestenus, teste Ebediesu in Catalogo, singula prope opera ad amicos misit, quasi ab iis rogatus fuisset: et sic ab aliis Ecclesiæ Patribus, nec non a scriptori-bus ethnicis facitatum scimus. Profecto Photii has quæstiones non ad unum missas fuisse vel inde patet, quod ex his complures in epistolis ad vā-rios mittuntur homines: tum etiam quod loci multi in Commentariis biblicis a Photio tractati, deinde in *Amphilochia* translati fuerunt. Ergo ex his recte concluditur, Photium cum multa in epistolis, in commentationibus, in homiliis, de sacra doctrina disseruisset, ad extremum præclare et utiliter cogitavisse de universis scriptis his in unum cor-pus coacervandis; quod cum mitteret honoris ergo ad amicum Amphilochium, nomen inde subortum est, vel Photii ipsius vel posteriorum voluntate, *Amphilochia*. Jamdiu quidem dubitavit Fabricius (21) num auctores catenarum evangelicarum locos Photii, quos identidem proferunt, ex *Amphilochiis* mutuati sint, an potius ab ejusdem qui aliquando exstiterint Commentariis evangelicis. Ego utrumque factum judico; neque solum abs catenarum au-ctoribus, verum ab ipso Photio materiam eandem non uno in loco neque semel usurpatam existimo. Nam et in catenis reapse plures loci Photiani oc-currunt, qui in *Amphilochiis*, quæ nunc omnia novimus, non comparent. Et quidem Scholiorum Photii ad Lucam inelitorum ego ipse in prima hujus voluminis editione specimen exhibui post Apollinarium; plura daturus, nisi pleraque agno-vissem in *Amphilochiis* vel in *Epistolis* prope ad verbum repeti. Quam rem ut lectoribus probeam, idoneis argumentis parcendum non est.

1. Matthæi locum xi, 17, quo aiunt pueri *Ceci-nimus vobis*, etc. interpretatur iisdem verbis Photius tum in Catena Vaticana cod. 758, p. 28, tum in *Amphilochiana* quæstione 34, a Scotto edita.

2. Lucæ locus ii, 35: *Et tuam ipsius animam pertransibit*, etc., illustratur a Photio tum in Catena

(21) *Bibl. Gr.* ed. nov. t. XI, p. 27.

Vaticana cod. 1933, p. 63, tum etiam in Amphilo-
lochiana quæstione 176.

3. Luc. xiii, 14 : *Respondens archisynagogus.*
Verbi ἀποκρίνομαι notiones variæ enucleantur a Pho-
tio breviter in Catena Vaticana 1933, p. 368, tum pro-
lixius et doctius in Amphiloichiana a me edita 21.

4. Luc. xvi, 26, de epulone et Lazaro Photii
locus est in Catena Vaticana 759, p. 66, qui scri-
bitur in epistola edita 52. Porro et locus adversus
Origenis errorem de pœnis peccatorum minime
æternis, qui ibidem paucis verbis in catena poni-
tur, is, inquam, prætermittitur in epistola 52, sed de
eo copiose in prima disseritur.

5. Luc. xxii, 36 : *Nunc qui habet sacculum, etc.*
Locum hunc tractat Photius in Catena Vat. 1933,
p. 557, itemque amplissime in Amphiloichiana B
prima quæstione iisdem fere verbis utens.

6. Luc. xxii, 44, locum de sudore Christi sangui-
neo, in eandem sententiam iisdemque verbis expli-
cat Photius tum in Catenis Vat. 759, p. 211; et
1933, p. 562, tum in epistola 138.

7. Luc. xxiii, 25. Disserit Photius in Catena
Vat. 758, p. 78, de Christi sanguine redemptionis
pretio, quod ipsum iisdem fere verbis sit in Am-
philoichiana 24

8. Luc. xxiv, 31, verba *Aperti sunt oculi eorum*
eodem modo explicantur a Photio in Catena Vat.
759, p. 253, atque in Amphiloichiana quæstione
nondum edita 14.

9. Luc. xxiii, 50, de Josepho ab Arimathæa nar-
ratio est apud Photium initio epistolæ 91. Verum
eandem scribitur in Catena Vat. 759, p. 244. Atque
ego vix dubito quin ex illa Photii Oratione in Do-
mini sepulturam, quam Combefisius (22) in Maza-
riniano cœdico vidit, sed quia carebat exordio edere
noluit, vix inquam dubito quin hoc Photii elegans
ἀποσπασμάτιον de Josepho ab Arimathæa Vatica-
nus eclogarius decerpserit, quod speciminis loco
non me piget exscribere. Pergit enim ad Pilatum
Josephus, eumque ut sibi Christi corpus concedat
composita oratione sic deprecatur : Δός μοι, φησὶν
ὁ Ἰωσήφ, εἰ βούλει, θάψαι τὸν νεκρὸν τοῦ Ἰησοῦ,
ὃν οἱ γνωστοὶ πάντες ἔχοντο καταλιπόντες, οὗ πολ-
λοὶ μὲν συνέβρον ἐπὶ τῷ πάθει θεαταί, νῦν δ' οὐδεὶς
ὑπέμεινε, οὐδὲ τῶν φίλων, ἐνταφιαστῆς· ἀπεστί-
σοι φόβος βασιλείας· τέθνηκεν ὁ τὸ κράτος μὲν τῆς
ἐξουσίας ἀρπάσαι κατηγορούμενος, μέχρι δὲ καὶ αὐ-
τῆς προφάσεως ἁθῶος ὀφθεις παντὸς ἀδικήματος·
ὃν περιφροτικόνος γλῶσσα καὶ φωνὴ καὶ χεῖρες, σοῦ
δοκούντος φέρειν φιλανθρωποτέραν ψῆφον, ὑπὸ κρί-
σιν ἤγαγον θανάτου· δός μοι χάριν ὁμολογεῖν, δι' ἧς
ἐτέρους οὐδὲν ζημιόις· οὐδὲ γὰρ οὐδ' ὁ τῶν Ἰου-
δαίων ὄχλος ἀνιάσεται γῆ μαθόντες τὸν ἐχθρὸν κα-
λυπτόμενον. Μᾶλλον μὲν οὖν δυσχεραίνουσι καὶ νε-
κρὸν τὸν ὑπ' αὐτῶν μισούμενον βλέποντες· τοῦτο
μὲν τὴν αὐτῶν μαιφονίαν τῷ σταυρῷ θριαμβεύ-
οντα, τοῦτο δὲ τῶν ὀρώντων τὸν ἔλεον ἔλκοντα, καὶ

τῶν σταυρωσάντων ἐκκαλούμενον μυσάττεσθαι τὴν
ὠμότητα· οὐδὲ τὴν Καίσαρος ἐπισείσουσι φίλαν,
οὐκ εἰ φίλος, λέγοντες, τοῦ Καίσαρος, εἰ νεκρὸν δι-
δως τῇ γῆ κατορύττεσθαι· ἀπροφάσιτος, εἰ βούλει
μόνον, ἢ πλήρωσις τῆς αἰτήσεως. Τοῦτοις τὴν τοῦ
Πιλάτου καταπέδων ψυχὴν, τυγχάνει τοῦ σκοποῦ, καὶ
λαμβάνει καθαιρεθὲν τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ, καὶ τῆς
συνήθους ἀξιοῖ φρονεῖδος.

V. Jamvero ut a seipso multa sumpsisse (23)
Photium vidimus (nam plura nobis persequi non
vacabat), ita eum non pauca quoque ab aliis, pro re
nata vel prout institutæ suæ scriptionis ratio po-
scebat, tacito licet auctorum nomine, sumpsisse com-
perimus. In exordio quæstionis de voluntatibus
gnomicis, ait Photius se idcirco hanc lucubrationem
instruere, quia nemo e sanctis dignisque obsequio
Patribus eam ad liquidam perduxisset, vel quid-
quam frugis de hoc argumento dixisset, magno Ma-
ximo excepto. Porro statim Photius plane ad ver-
bum expilare incipit sancti Joannis Damasceni opus
de fide orthodoxa, suppresso auctoris operisque
titulo : quam rem deprehendere licet comparatio
Photii textu cum Damasceno Lequini t. I, p. 187
seqq. Nequid de Anastasii Sinaitæ *Hodego* dicam,
cujus æque definitiones clam Photius sectari vide-
tur. Utique Photius in Amphiloichiana quæstione
40, anonymo auctore se uti dicit, quem Dama-
scenum intelligendum esse tempestive monuit nos
Photii interpres cl. Scottus. Quæstionem Amphi-
loichianam amplissimam 149, de vitæ termino uni-
versam nullo verbo commutato Photius e Germani
patriarchæ penu ad se clam transtulit. Item quæ-
stiunculam 152 de obscuritate S. Scripturæ tacite
ad verbum sumpsit Photius e Polychronii prologo
ad Jobum : quæ brevis lucubratio, quia non exstat
cum cæteris Polychronii ad Jobum excerptis, a me
libenter edita fuit. Denique quæstionem 154 de
variis Bibliorum sacrorum editionibus tacite ad
verbum exscripsit Photius ex edita pseudo-Atha-
nasii quæstione, sive etiam ex Epiphaniï Panario :
id quod ego sentiens, scriptum prætermisi. Cætero-
qui ne gravius accusare Photium videar, hoc quo-
que observandum est, Photium ipsum in suo
C *Amphiloichiorum* Proœmio, tum etiam quæstione
I, cap. 10 (quo postremo loco de superioribus Bi-
bliorum interpretibus mira cum reverentia loquitur),
manifeste dicere, se acceptis ex illa vetustate se-
minibus, longe accuratiores contradictionum so-
lutiones in medium proferre. Idque Photii dictum
neque falsum, ut puto, neque arrogans est ; quan-
doquidem hæ Photii quæstiones seu bibliæ seu
theologicæ, etsi non omnes pari pondere ac digni-
tate sunt, tamen veterum multorum de simili re
scriptionibus præstare videntur : et quidem, exem-
pli gratia, Cæsarensis Eusebii quæstionibus
evangelicis, quominus has photianas anteferam,
nullus ambigo.

(22) *Auctur. nov. PP.* p. 1605.

(23) Id faletur ipse Photius proœm. *Amphiloich.* apud cl. Scottum.

V.

EJUSDEM CARD. MAI PRÆFATIO IN QUÆSTIONES AMPHILOCHIANAS
QUAS GRÆCE EDIDIT IN SCRIPTORUM VET. NOV. COL. T. IX, P. 1-158. ROMÆ, 1837.

De Photii Amphiloichianis quæstionibus partim A editis partim ineditis, deque ipsarum viginti ex codice Vaticano a me jam pridem divulgatis, abunde, ut puto, disserui in voluminis primi Præfatione. Nunc earumdem quæstionum apographum ex Vaticano codice sumptum forte nactus, institui denique quiddam præclari operis adhuc invulgatum supererat, typis committere; exceptis iis, quæ etsi titulum *Amphiloichiorum* gerebant, nihilominus alibi, puta inter Photii *Epistolas*, jam exstabant: quanquam non ita sui morosus, ut si res alibi interdum, brevioribus aut diversis verbis, dicta vel adumbrata fuisset, eam idcirco prætermitterem. Latinam autem quæstionum interpretationem non addidi, quia me festinare oportebat: attamen argumenta saltem hic Latine exponam, ut Græce B ignari rem interim summis labris delibent. Porro in editione quidem numerandi ordinem, ut est in codicibus, conservavi, ut si aliquando totum *Amphiloichiorum* opus uno volumine comprehendatur, suum unaquæque quæstio locum occupet: hic tamen Latina argumenta continuatis numeris scribo.

Photii quæstionum Amphiloichianarum CXXX, quibus universi operis editio nunc demum absolvitur (1), Argumenta.

1. Si septimo die requievit Deus a cunctis operibus suis, quomodo salutare Patris Verbum ait: *Pater meus usque modo operatur, et ego operor.*
2. Cur Dominus luti usu, non alia ratione, C cæci oculos persanavit.
3. Quid est, odientes etiam carnalem maculatam tunicam.
4. Si quidquid necessitati subjacet, invitum violentiæ paret, prætereaque necesse est scandala in orbe fieri, haud juste diris devoveatur qui fuit; coactus, vel pœna peccati de eo sumitur.
5. Si fines sæculorum jam in nos pervenerunt, quibusnam sæculis divitiæ Christi nobis ostendentur.
6. Cur Dei filii dicuntur nequaquam peccare; hos autem Scriptura esse asserit qui per aquam et spiritum geniti sunt; et tamen multos cernimus, qui, etiamsi baptismate D adoptionem consecuti fuerint, nihilominus peccant.
7. Quomodo theopatre dicente Davide, *Homo sicut fenum dies ejus*, etc., filius illius Salomon hanc protulit sententiam: Res magna homo, et pretiosum aliquid est vir.
8. Cur dæmoniaco morbo correptos evangelista appellat lunaticos.
9. Cur, etiamsi Adam peccavit, et pœnali mortis decreto percussus fuit, nihilominus ejus filius innocens præmortuus est.
10. Quod minime repugnant dicta (etsi aliter quibusdam videtur): *Ego veni ut mundum judicem; itemque: Non veni ut mundum judicem, sed ut mundus per me salvetur.*
11. Quid est, *Aperiti sunt oculi eorum?* et quomodo præcepti transgressio vim aperiendi oculos habuit.
12. Cur tellurem Moyses invisibilem appellavit.
13. Cur Deus esum carnium a feris discerptarum hominibus interdixit.
14. Quomodo intelligendum illud: *Non apparebis vacuus coram me.*
15. Quomodo non repugnant dicta hæc, nempe *Omnia erant valde bona*; deinde vero distinctio, qua alia animalia dicta sunt munda, alia immunda.
16. Cur vir ab hæresi resiliens, si modo vitam inculpatam habeat, ad sacerdotium admittitur; qui autem corporeis maculis fuerit inquinatus, etiamsi pravis actibus abstinerit, nihilominus ad sacerdotium non promovetur.
17. Cur nam antequam Joseph de dimittenda Maria cogitaret, haud astitit angelus cogitationem eam antevertens; verum postquam a cogitatione ad actum ille venit, tunc astitit? Et cur virginem, Josephi uxorem dixit.
18. Quid significant verba: *Ecce Adam tanquam unus ex nobis factus est, ad boni pravique cognitionem.*
19. Quid significant illa dicta: *Omni tempore vestes tuæ sint candidæ, neque oleum desit capiti tuo; et oculi sapientes in capite ejus.*
20. Verba, *Quænam est mater mea, et quinam sunt fratres mei*, quomodo intelligenda? Multi enim hinc offendiculi ansam sumpserunt.
21. Quomodo dictum illud antiquis: *Oculum pro oculo, et dentem pro dente*, non repugnat huic dicto: *Ego autem dico vobis, ne malo resistatis; sed si quis in dextera gena te percusserit, ei præbeo etiam alteram.*
22. Cum Dominus dixerit: *Vos estis ex patre diaboli*, quæritur quemnam diabolum dicat, et quemnam diaboli patrem.
23. Quotnam illæ sint, quæ Dominum unguento unxerunt.
24. Quomodo intelligendum illud: *Quodlibet peccatum remittetur hominibus; blasphemanti* sed fallitur, ut probat doctissimus Hergenroether in sua Dissertatione supra edita. Edit.

(1) Doctissimus vir putat totam collectionem Amphiloichiorum his editis quæstionibus absolvi,

- autem adversus Spiritum sanctum neque in hoc sæculo venia dabitur neque in futuro.*
25. Cum beatus Marcus evangelista scripserit : *Exierunt cognati ejus ut eum comprehenderent, dicebant enim ipsum insanire; quemnam sensum huic verborum structurae tribuentes, haud procul evangelica narratione abibimus.*
26. Cur paradisum Deus conseverit, siquidem illico hominem ex eo depulsurus erat.
27. Divo monente apostolo : *Si esurierit inimicus tuus, ciba illum; si sitiverit, potum da; hoc enim agens, igneos carbones super caput ejus congeres; quomodo intelligemus illud, Carbones igneos congeres super caput ejus.*
28. Quomodo intelligendum dictum illud a Deo Moysi : *Ecce constitui te Pharaonis Deum.*
29. Quomodo intelligendum apostolicum dictum : *Quod si invicem mordetis ac devoratis, caveate ne invicem consumamini, etc.*
30. Quænam sententia subsit his verbis : *Ubiunque prædicatum fuerit Evangelium hoc, dicetur et quod hæc fecit mulier, in memoriam ejus.*
31. Quinam congruentior honestiorque sensus a nobis excogitari possit verborum illorum : *Tibi soli peccavi, et malum coram te feci, ut justificeris in sermonibus tuis, et vincas cum judicaris.*
32. Cur baptizantibus Servatoris discipulis, Joannes adhuc baptizabat.
33. Cur in Genesi Moyses principum familiae Esau genealogias recensens, cæterorum quidem nuda ponit nomina; ad Ænam autem deveniens : *Hic, inquit, invenit Jamin in deserto, dum Seegonis patris sui subjugalia pasceret? quidnam ergo in invenit? et cur memoria dignus habetur.*
34. Quid significat in Deuteronomio : *Quod si ædificaveris novam domum eique coronidem imposueris, non facies cædem domi tuæ.*
35. Cur vetante lege leprosi contactum; secus, impurum fore qui tetigerit, usque ad vesperam; cum quidem leprosum sanavit Servator, ipsum tetigit, etiamsi verbo sanare poterat.
36. Quid significant verba : *Sperare licet, viventem anem præstare leoni extincto.*
37. Quid significat Ecclesiastæ dictum : *Mitte panem tuum in superficiem aquæ, etenim in multitudine dierum reperies illum.*
38. Quid significat : qui foveam fodit, in ipsam incidet.
39. Quinam est sensus verborum apud Ecclesiastem : *Qui ligna fundit, periclitatur in ipais, si forte securis exciderit; et ipse faciem turbavit, et vires roborabit; et abundantia viri, sapientia.*
40. Quo spectant verba : *Generatio abit, et generatio venit; terra autem æternam stat.*
41. Quænam sensum continent verba : *Est justus qui in justitia sua perit; et est injustus in sua injustitia permanens.*
42. Quomodo intelligendum illud : *Si autem injustitia nostra Dei justitiam commendat.*
43. *Si genuerit quis centum liberos, et multos annos vixerit, et quantoscunque dies ætatis habuerit, non satiabitur felicitate, neque illi sepultura erit. Dixi melius esse ipso abortivum, quod incassum venit, ejusque nomen occulitur tenebris, neque enim solem vidit aut novit. Huic magis quam illi requies est. Nempe hoc dictum quodnam judicium aut notionem exhibere potest.*
44. Quid significant verba : *Vive in vino, et vide in die mala; vide, siquidem hoc consonum illi fecit Deus circa loquelam, ne homo quidquam post se reperiat.*
45. Quænam intelligendæ sint pelliceæ tunicæ, quibus Adam et Eva post prævaricationem induti fuerunt.
46. Ad quamnam sententiam nos vocant illa verba : *Non recte obtuleris, recte autem non diviseris; peccasti? quiesce, etc.*
47. Divo Paulo dicente : *Adam non est deceptus, mulier autem decepta in prævaricatione fuit; verumtamen propter liberos pariendos servabitur; quomodo intelligenda sunt verba, propter liberos parandos servabitur.*
48. Quomodo Deus ubique esse dicitur; et quomodo dissolvi possunt dubitationes, quæ adversus hanc sententiam a nonnullis profecerunt.
49. Cum Deus ipse Hebraicum populum in Samariticum et Judaicum diviserit, sicut ipsemet Salomoni se facturum dixit, cur nos eos reprehendimus qui a Deo divisionem passi sunt.
50. Quomodo cæli enarrant gloriam Dei.
51. Quid est : *Increpasti gentes, et perit impius.*
52. Cujusnam est illa vox : *Quis est iste rex gloriæ?*
53. Cur jejunii tempus quadragenario dierum numero præfinitur.
54. Cum primogenitum Deus Israellem appellaverit.
55. De ethnicorum sentiis, quæ in Scriptura nostra reperiuntur.
56. Tiaram, inquit, Scriptura, in capite pontifex gerebat.
57. Quomodo legatus venit Christus a Patre.
58. Cur omissa visione Isaïas de cælo terraque disserit.
59. Quomodo intelligendum illud de Jobo dictum : *Maledicta dies qua natus sum.*
60. Quid est illud : *Per mentipsum juravi, inquit Dominus.*
61. Quid est : *Et tuam ipsius animam gladius pertransibit.*
62. Quid est : *Nolite ingemiscere in alterutrum, ne invicem judicemini.*
63. Quinam sunt mœchi et mœchæ.
64. Quid est apostolicum illud : *Subjecti estote omni humanæ creaturæ propter Dominum, tanquam libertate utentes.*

65. Si Deus ubique est, curnam sit calumnia A
adversus mysterium, præsentia ejus in femina
utero? Utique, ait adversarius, haud
est calumnia præsentia Dei in femina utero,
sicut alibi ubique; verum enimvero incarnatio
Dei ex ipsa, qui fieri potuit?
66. Utrum dæmones sciverint, quod si resipuis-
sent, veniam peccati consequerentur; an
potius divina sapientia semel amissa, hujus
quoque rei notitia spoliati fuerint.
67. Curnam totus leprosus in Testamento Ve-
tere, mundus existimabatur; leprosus autem
ex parte, immundus.
68. Cur Spiritus dicitur Filii imago? et quinam
est Pythagoreorum quaternio.
69. Cur lapidem Jacob unxerit.
70. *Tibi soli peccavi, et malum coram te feci, ut
vincas cum judicaris.*
71. *Scio, quod in me non habitet (id est in carne
mea), bonum.*
72. Cur admonemur renuntiare Satanæ, non item
pravis hominibus.
73. Cur Samonæ inditum nomen confessoris.
74. Cur crucifixus Christus fuerit.
75. Quomodo apostolicum dictum *Signa non sunt
fidelibus, sed infidelibus* cum Dominicis ver-
bis: *Fides tua salvum te fecit*; et: *Haud
potuit signa facere propter eorum increduli-
tatem*; et cum cæteris ejusmodi, conciliabitur.
76. Si tellus erat, quomodo facta est? Ait enim: C
Tellus erat.
77. Si lucem Deus creavit, nequaquam ipse et te-
nebras fecit; sunt enim hæc inter se contraria.
78. Cur seras et reptilia Deus creavit.
79. Cuinam dixit Deus: *Faciamus hominem ad
imaginem et similitudinem nostram.*
80. Quid est, ad imaginem.
81. Qui Deum appellatis bonum, cur eidem tan-
tam duritiem attribuitis? Crudelitas enim
atque sævitas est, exigui cibi causa tantam
pœnam infligere, non solum peccantibus.
verum etiam ipsorum posteris.
82. Quosnam Dei filios Moyses appellaverit.
85. Lege nondum posita, quæ patrem matremque D
revereri juberet, curnam Cham veluti parricida
damnatur.
84. Curnam Chami peccatoris filius dilectus est.
85. Curnam Abraham credentis titulo insignitur,
qui Deo dixerit: *Quo signo agnoscam, me
illam (terram) fore possessurum.*
86. Quam ob causam luctatur cum Jacobo angelus.
87. Cujusnam rei signum fuit, rubum ardere et
non comburi.
88. Lepra manui injecta cur.
89. Cur angelus Moysen interimere voluerit.
90. Cur fugam properantibus imperavit Deus pa-
schatis solemnitatem peragere.
91. Quomodo intelligendum illud apostoli: *Omnes
in Moysen baptizati sumus*, etc., usque ad
petra autem erat Christus.
92. Quomodo, justitia incolumi, pro parentibus
puniantur liberi.
93. Quid est, configuratus infans.
94. Cur tabernaculum Deus fieri jusserit.
95. Cur tabulas Moyses confregerit.
96. Quomodo vestimentis lepra accidebat. [latæ.
97. Quid significant duæ aviculæ pro mundato ob-
98. Cur procul tabernaculo Deus jussit pecudes
esui aptas occidi.
99. Cur numerari populum Deus mandavit.
100. Cur farina bordeacea pro ea, quæ suspecta de
adulterio erat, offerebatur.
101. Cur peccantibus statim pœnæ irrogantur.
102. Cur seditiosorum thuribula servari deposita
apud altare Deus imperaverit.
- B
103. Cur Moysi et Aaroni indignatus est Deus
propter aquam e petra eductam
104. Cur cælum et terram testes invocari jussum est.
105. Quomodo intelligendum illud: *Lætamini, gen-
tes, cum populo ejus, et: Huic auxilientur
angeli Dei.*
106. Cur ob leve erratum Moyses jussus est terram
procul aspiciere, illuc autem populum indu-
cere vetitus.
107. Quid est, in modico mihi persuades ut Chri-
stianus fiam.
108. Quid est, qui præfinitus est Filius Dei in virtute.
109. Quid est, prohibitus sum usque adhuc, quo-
minus fructum aliquem caperem.
110. Quid est, justitia autem Dei in ipso revelatur.
111. Quid significat dictum illud apostolicum:
Tradite ipsum Satanæ.
112. Quid est: *In finem propter eam quæ hæredi-
tatem sortitur,*
113. *Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in
ira tua corripas me.*
114. *Quia conturbata sunt ossa mea.*
115. *Domine, ad te clamavi, exaudi me.*
116. *Voce mea ad Dominum clamavi, voce mea Do-
minum deprecatus sum.*
117. Quid est, quod Michol Davidi benedixit.
118. Cur David ephod indutus est.
- D
119. Quidnam agebat Adam in paradiso
120. Cur sub vesperam immolabatur agnus.
121. Quid est, *Ponam arcum meum in nube.*
122. Justus Noe cur ebrius deprehenditur, neque
pœnas dat.
123. Quid est, *Domine, non est exaltatum cor meum.*
124. Qua de causa in rubo, non autem in alio ar-
boris genere, Moysi Deus apparuerit.
125. Cur a Deo permissum sit, divum Davidem in
tale tantumque peccatum incidere.
126. De populi descriptione sub David.
127. Cur David dictus sit vir secundum cor Dei
128. Cur mane deplueret in desertum manna.
129. Cur a Deo dictum Abrahamo: *Ponam pactum
meum inter me et te*
130. De Jacobo et Lia.

ΦΩΤΙΟΥ

ΠΑΤΡΙΑΡΧΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ

ΤΑ ΑΜΦΙΛΟΧΙΑ

Η

ΛΟΓΩΝ ΙΕΡΩΝ ΚΑΙ ΖΗΤΗΜΑΤΩΝ ΙΕΡΟΛΟΓΙΑΙ.

PHOTII

PATRIARCHÆ CONSTANTINOPOLITANI

AMPHILOCHIA

SIVE

IN SACRAS LITTERAS ET QUÆSTIONES DIATRIBÆ.

ΠΡΟΣ ΑΜΦΙΛΟΧΙΟΝ ΤΟΝ ΟΣΙΩΤΑΤΟΝ ΜΗΤΡΟ- Α ΑΔ ΑΜΦΙΛΟΧΙΟΥ ΣΑΝΚΤΙΣΣΙΜΟΥ ΚΥΖΙΚΙ
 ΠΟΛΙΤΗΝ ΚΥΖΙΚΟΥ ΜΕΤΡΟΠΟΛΙΤΑΝ,
 ΕΝ ΤΩ ΚΑΙΡῶ ΤΩΝ ΠΕΙΡΑΣΜΩΝ ΖΗΤΗΜΑΤΩΝ ΚΑΙ
 ΔΙΑΦΟΡΩΝ ΕΙΣ ΑΡΙΘΜΟΝ ΤΡΙΑΚΟΣΙΩΝ
 ΣΥΝΤΕΙΝΟΝΤΩΝ ΕΠΙΛΥΣΙΝ ΑΙΤΗΣΑΜΕΝΟΝ. QUI VARIARUM QUÆSTIONUM SOLUTIONEM
 AD TRECENTARUM USQUE NUMERUM
 TEMPORE TENTATIONUM FLAGITAVIT.

Τῆς σπουδῆς σου τὸ γνήσιον δυσωπηθεὶς τὴν σὴν ἀφ᾽ ἡμῶν πρὸς πέρας ἐλθεῖν, ὡς ἐλπίζας, αἰτησὶν· καὶ τοὶ πολλὰ ἦν, καὶ κράτος εἶχεν, ἃ τὴν ἐμὴν γνώμην ἐξεῖθεν ἀνέστελλεν. Ἐν μὲν οὖν περὶ οὐκ ὀλίγοις τοῖς πρὸ ἡμῶν ἱερῶν ἀνδρῶν τὰ πλεῖστα τῶν σῶν ἀπορημάτων τῆς θεοῦσης διακρίσεως ἔτυχεν. Ἐτερον δὲ οὐκ ἔστιν ἡμῖν αὐτοῖς οὐκ ὀλίγα τούτων ἀλλαχόθεν ἐπιλέλυται. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὄχλον τοσοῦτον διελεῖν συγχρῶν ἀπαιτεῖ χρόνον· καίτοι τοῦ καιροῦ συνεσταλμένου κατὰ τὴν θέαν τοῦ Κήρυκος φωνῆν, καὶ ὄψε τυγχάνοντος· ἡμῖν δὲ οὐχὶ τῷ κοινῷ λόγῳ τοῦ ἀνθρωπίνου βίου μόνον, ἀλλὰ γε καὶ νῦν, καὶ τῷ ἰδιόζοντι ὁ καιρὸς, ὡς ὁρᾶς, ὑποστέλλεται. Πῶς ὁ ἄν πλῆθος ζητημάτων εἰς τριακοσίων συγκεφαλαιούμενον ἀριθμὸν (μέχρι γὰρ τοσοῦτου τὸ περὶ ταῦτά σου

¹ II Cor. vii, 1 sq.

(1) Revera ejus epistolas aliqua primum ex parte 37 Græce tantum David Hæschelius Augustæ Vinjellicorum an. 1601, ac deinde universas 253, et quidem Latina versione ditatas Richardus Montacutius Londini 1651 publici juris reddiderunt: et quædam nulla ferme verborum diversitate, quantum ex his, quas Montfauconius edidit in lucem, huc usque licuit eruere, hæc ipsa argumenta tractarunt. Istarum numerus, videlicet 65, ad quintam circiter interrogationum partem, quarum syllabum cum codice Coisliliano collatum suæ versionis prætextit Christophorus Wolfius, protenditur. Nec solum in

Tandem studii tui sinceritate permotus, ut petito tua ad finem, uti sperabas, perduceretur, acquievi: etiamsi multa, et quidem non levis momenti forent, quæ animum meum inde avocarent. Primum erat, quod sacrorum virorum plurimi ante nos intricata hæc argumenta maxima ex parte delibata enucleatione donarint. Alterum, quod eorumdem non pauca alibi per nos ipsos explanata sint (1). Nihilominus tamen tantam percurrere multitudinem diuturni temporis opus est; atqui tempus breve est, uti fert divina Apostoli sententia¹ et factus adest vesper; nobis autem non eo tantum sensu, quo de humana vita dicitur, sed et in præsentia, et peculiari ratione tempus, ut probe nosti, aufugit. Quomodo autem fieri poterat, ut ar-

litteris Amphilochio missis, quarum septem protulit Montacutius; sed in aliis quoque ad plures suæ tempestatis philologos exaratis his ipsissimis interdum quæsitis satisfacit. Quare si datur conjecturis locus, quod facere vel morosissimi homines in re non intercedent, Photius, opinor, multas identidem quæstiones pro re nata amicorum commodo solverat: deinde vero cunctæ, ne laterent, aut disperderentur, in unum fasciculum collectæ, suo Amphilochio id fortasse cupienti, petentique remissæ sunt.

gumentorum multitudo, quæ ad trecenta revocantur capita (siquidem huc usque nostras præsentibus temporis angustias tuum de hisce rebus studium prolatandas duxit), et multum tempus non consumeret, et nostræ vitæ tranquillitatem non perturbaret (2) ?

Quid vero quod tu hasce interrogationes sparsim mihi proponebas, meque coram audisti proprio ore quasdam earum planas reddentem (consentaneum profecto est auditarum rerum servare memoriam): nunc autem novum me laborem aggredi, easdemque in volumen redactas a te pervenire exflagitas.

Cum igitur rationes his quoque minores potuissent impedimentum objicere, et quidem aliis ad excusationis argumentum essent satis, ego tamen minime ipsis utar: verum tametsi tot ac tanta sint, quæ contrarium requirent, habes tandem, mihi jam pridem aiebam, quod postulasti; ita vero ut non elaboratam fucatae lucubrationis locutionem reperias, sed obvia quæque vocabula, et quæ lectorem ad dubiorum solutionem contendentem rerum multitudine non implicant. Tu interea non modo, ut es bonus, expetere nosti, et accipere: sed mihi, si fruaris hoc munere, usque melior videri poteris.

QUÆSTIO I (7).

Photii Amphiloquia sive ad Amphiloquium Cyzici metropolitam sacrorum sermonum collectio, in qua quæstiones de Scriptura divina solvantur. Princeps autem perpenditur illa Domini jussio dicentis, « Ne habeatis zonam, neque calceamenta, neque peram. Item, nunc vero qui habet crumenam, sumat pariter et peram, » et reliqua.

Edita a cardinali Angelo Maio *Vet. script. Nova Collectione*, I, pag. 1-47, ed. 1831. Quæstio hermeneutica et exegetica de verbis Christi Matth. x, 9, 10; Luc. ix, 3; x, 4; xxii, 36. Marc. vi, 8 et de analogiis Evangeliorum universim.

1. Dubitationes multæ sunt, quæ absque prævio sermone ac veluti præparatione dissolvi nequeunt. Rei ac dispensationis hujusmodi, prout certe quidam existimant atque credunt, tua quoque prudens interrogatio rationem sciscitatur. Quamobrem præfari oportet, sedemque futuræ doctrinæ antecapere; non omnia videlicet quæ pugnae speciem præ se ferunt, reapse pugnantia comperiri. Multa quippe sæpe videntur sibi invicem adversari, quanquam ea minime ita se habent. Neque enim temere aut quomodocunque repugnantia existit sive in sermonibus sive in rebus gestis, verum ea e multarum circumstantiarum concursu exurgit atque creatur. Neque id cognitum difficile est: non solum enim qui

NOTÆ.

(2) Obiter animadverto quod numerus iste tercentenarius Photio advo in delictis fuisse videatur, ut ad ip-si codices quoque, quibus in sua *Bibliotheca* memorandis incumbit, amet redigere: siquidem est de hæc, inquit, « τρεῖς δέ κωδικοὶ ἐν τριακόσις, οὗτοι ἐν ἑξήκοντι » (codices) uno et viginti a tercentum deficientes. Imo et ejus epistolæ, quæ post tantum librorum naufragium hæctenus colligi potuerunt, et lucis usura fruuntur, a simili summa non nimis absunt. Idcirco nihil est, quod Photium hunc numerum, ut aiunt, rotundum pro vero ac proprio adhibuisse miremur.

(3) Εἶπεν habet codex, sed facili negotio id cum

φιλότιμον τὴν παρούσαν ἡμῶν στενοχωρίαν πλατύνειν ἐνόμισεν) οὐχὶ καὶ συχνὸν συναναλώσεται χρόνον, καὶ τὴν ἡμετέραν σχολὴν ἐκδιίσταται.

Τὶ δὲ σποράδην αὐτὰ προεδιλήσθαι τὰ ἐρωτήματα, καὶ τὸ ἀκοῦσαι παρόντα τῆς ἡμετέρας γλώττης ἐνίων αὐτῶν ἀφαιρουμένης τὸ ἄπορον (τί γὰρ ἐνὸν τὰ ἡκουσμένα μὴ μὴν φυλάξαι), οὐ δὲ δευτέρους ἡμᾶς ἀπατεῖς πόνους, καὶ τὸ εἰς ὄγκον τὴν γραφὴν ἀπαλθεῖν.

Ὅτι τῶν εἰρημένων εἰην (3) ἐλάττω κωλύσαι, καὶ περ ἐτέροις ἤκρεσεν ἂν εἰς κωλυμάτων ὑπόθεσιν, οὐ μὲν οὖν ταῦτα οὐκ αἰτιάσομαι· πλὴν τοσοῦτων γε, καὶ τηλικούτων ὄντων τῶν πρὸς τάναντία φερόντων, ἔχεις, ὡς περ φθάσαντες ἐφαμεν, ὅπερ ἤτησας, οὐ λέξει μὲν ἐξείργασμένη καλλωπιζομένου τοῦ συντάγματος, τοῖς ἐπιτυχούσι δὲ τῶν ὀνομάτων, καὶ ἂ μὴ ταῖς τῶν πολλῶν ἀκοαῖς περιόρατον νοῦν τῶν ἠπορημένων ἐκκαθαίροντος. Σὺ δὲ μὴ μόνον ἀγαθὸς ἦσθα ζητεῖν, καὶ λαθεῖν, ἀλλὰ καὶ τῆς δωρεᾶς ἀπολαύειν (4) ὀφθεῖς μοι σπουδαῖότερος.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Α'.

Φωτίου Ἀμφιλόχια πρὸς Ἀμφιλόχιον μητροπολίτην Κυζίκου λόγων ἱερῶν συλλογῆ, ἐν ἣ ζητήματα τῆς θείας Γραφῆς διαλύεται (5)· ὡς προδυσκρινεῖται τὸ δεσποτικὸν ἐκεῖνο παράγγελμα τὸ λέγον· « Μὴ ἔχετε ζώνην (6), μὴτε ὑποδήματα, μὴτε πήραν· ἀλλὰ νῦν ὁ ἔχων θιάσαντιον, ἀράτω ὁμοίως καὶ πήραν, » καὶ τὰ ἐξῆς.

α'. Πολλὰ τῶν ἀπορημάτων προκατασκευῆς δεῖται, καὶ τὴν λύσιν ὑποφεύγει χωρὶς ἐπιούσαν προκαταστάσεως. Τοιαύτης τινὸς οἰκονομίας λόγον, κατ' ἐνίων δόξαν καὶ ὑπόληψιν, καὶ τῆς σῆς συνέσεως ἀπατεῖ τὸ ἐρώτημα· διόπερ ἐκεῖνο δεῖ προειρηθῆσαι, καὶ προλαθεῖν τὴν εἴσιν εἰς μάθησιν, ὅτι οὐχ ὅσα φαινομένην ὑποβάλλει μάχην, ἥδη καὶ τῇ ἀληθείᾳ ὀρθᾶται μαχόμενα· πολλὰ μὲν γὰρ φαίνεται πολλάκις ἀλλήλοις ἀντιπίπτοντα, οὐκ ἔστι δέ· οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἀπλῶς καὶ ὡς ἔτυχεν ἡ μάχη συνέστηκεν, οὐκ ἐν λόγοις, οὐκ ἐν πράγμασιν, πολλῶν δὲ περιστάσεων συνδρομῆ ταύτην συγκροτεῖ καὶ συνίστησιν. Καὶ οὐκ ἔργον τοῦτο συνιδεῖν· οὐ γὰρ ὅσοι τὰ παλαιὰ φιλοσοφεῖν καὶ τὰ ῥητόρων πράττειν ἐγνώκασιν, οὐκ ἐν

εἰην confusum arbitror.

(4) Ad σύνταξιν planiorem mal. em. ἀπολαύων.

(5) Titulum qualis apud Maium reperitur integre retinendum putavimus. Edit.

(6) Hieronymus, *Adv. Jovin.* II, 6, *as in zona.* Zona ergo dicitur pro crumena. Porro in codicibus Vaticanis Lat. 3740 et 4008, scripta plurima occurrunt circa quæstionem de paupertate Christi et apostolorum. Et quidem hujus primæ amphiloehianæ ingenstractus recitatur etiam in catena inedita Nicetæ ad Lucam.

(7) Ordo quæstionum quem hic damus e codice Vaticano desumptus est. Edit.

τούτοις μόνον πολὺ καὶ ἄπειρον ὑπονοηθὲν τὸ διάφορον, ὕστερον ἀκριβείας δικαζούσης, διαφορὰς ἀφείθη ἑλευθερὰ· ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτῇ γε τῇ καθωμμημένη τῶν πολλῶν γρήσει πολλὰ μὲν ἀπλῶς οὕτως ἀκούσαι φαίνεται μάχεσθαι· κριθέντων δὲ, εἰς συμφωνίαν ἢ μάχῃ μετέπεσεν. Εἰ τις οὖν τὴν μὲν ἐν τῇ ἀνά χειρὰ ἑμίλια φαινομένην στάσιν τῆς ἀληθοῦς μάχης ἀδεκάστω γνώμῃ διακρίνει, ἀφορίζει δὲ καὶ τὸν φιλόσοφον καὶ ῥήτορα βίον ἀσχομενοῖς τὰ μαχόμενα τῶν φαινομένων, ἐπὶ δὲ τῆς ἱερᾶς ἡμῶν φιλοσοφίας οὐ τὸν αὐτὸν διασώζει νόμον, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐπιπόλαιον ἀνελογίαν εἰς ἀσπονδον ἐκδιάζεται. οὗτος καὶ χωρὶς τινος αἰτιωμένου συκοφάντην ἑαυτὸν καὶ φαῦλον κριτὴν ἀποφαίνει.

insolubilem vertere nititur contradictionem; hic, inquam, quin opus accusatore sit, sycophantam se

β'. Αὐτίκα γοῦν ἵνα ἀπὸ τῆς τῶν πολλῶν συνηθείας ἀρξωμαι, ὁ φόνος αὐτοῖς καὶ πολιτείας ἐστὶ φύλαξ, καὶ μύσους ὑπόθεσις· καὶ δὴ καὶ ἡ ἐμπορία κόσμος τῇ πόλει, καὶ ὕβρις οὐκ ἔλαττον. Καὶ πῶς οὐκ ἐναντία ταῦτα; Ὅτι φονεῦειν μὲν οὐκ ἐξεστὶν εὐεργέτην, οὐδὲ πολίτην εὐνοῦν τῇ πόλει· οὐδ' εἰ τις ἀνάτιος· πολέμιον δὲ καὶ κακοῦργον καὶ προδότην ἄλλως ἐνδικον τεθνάναι. Καὶ δὴ καὶ τὸν ἀλλοτρίους γάμους δι- ορούττοντα, ἐπ' αὐτοφώρῳ ἀλόντα, κύριός ἐστιν ὁ ἡδικημένος καὶ τοῦ εἰσπράττεσθαι τὴν δίκην· ἔξω δὲ τοῦ μύσους λαθῶν, δικαστὴν ἄλλον ἐπιζητεῖ τοῦ ἐγκλήματος. Πάλιν ὅσοι τὸ ταπεινὸν σχῆμα τῆς πολιτείας ὑποδύονται, ἐμπορίας τὴν πόλιν συναύξουσιν· οἱ δὲ στρατηγεῖν ἢ δημαγωγεῖν ἢ τὰ τοιαῦτα ταχθέντες, εἰς ἐκείνην καταβαίνοντες τὴν πρᾶξιν, τῆς πολιτείας ἐξυδριζοῦσι τὸ ἀξίωμα· καὶ τῶν παραδειγμάτων οὐκ ἐστὶ πέρυς τῷ βουλομένῳ διαπεράνασθαι. Ὅρᾳ; ὡς πολλὰ μὲν φαντασίαν παρέχεται ἀντιθέσεως, ἐξεταζόμενα δὲ τὴν συμφωνίαν ἀσπάζεται; Οὕτως οὖν καὶ ἐπὶ τῆς ἱερᾶς ἡμῶν Γραφῆς θεὸν θεωρεῖν, ἧς ῥήτων καὶ τὸ σὸν πρὸ βλημα, πρὸς ὃ δηλονότι διετυπώθη καὶ τὸ ὄλον τοῦ λόγου προοίμιον.

γ'. Μωσῆς ὁ νομοθέτης εἶπε, μᾶλλον δ' ὁ κοινὸς καὶ πλάστης καὶ νομοθέτης δι' αὐτοῦ, « Οὐ φονεύσεις » καὶ πάλιν· « Θέσθε ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ ρομφαίαν ἐπὶ τὸν μηρὸν, καὶ διέλθετε καὶ ἀνακάμψατε ἀπὸ πύλης εἰς πύλην διὰ τῆς παρεμβολῆς, καὶ ἀποκτείνετε ἕκαστος τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, καὶ ἕκαστος τὸν πλησίον αὐτοῦ, καὶ ἕκαστος τὸν ἐγγίστα αὐτοῦ. » Πῶς οὖν αὐταὶ αἱ φωναὶ τὴν ἀλλήλων οὐ νομοθετοῦσιν ἀναίρεσιν; Ἡ δηλονότι οὐ φονεύσεις μὲν τὸν ἀναίτιον· τὸν δὲ γε θανάτου ἔνοχον, καὶ τὸν πατρώου νόμου ἐνωθρίσαντα; εἰδῶλοισ τε τὸ τοῦ Πλάστου σέβας ἀναψάμενον, φόνῳ κολάσεις. Ἐάσειν μοι δοκῶ τὸ « Οὐ μοιχεύσεις, » καὶ τὸ « Λάβε σεαυτῷ γυναῖκα πορνείας καὶ τέκνα πορνείας. » Ἐχει γάρ τι καὶ τοῦ ζητουμένου βαθυτέρον (8)· πλὴν ὅτι περιστάσις κίνταυθα ποιεῖ τὴν φαινομένην μάχην μὴ μάχεσθαι·

A veteres doctrinas profitendas et rhetoricas artes exercendas sibi sumpserunt, multam in his atque infinitam discordiam cernere sibi principio videntur, quæ mox res diligenter perpensæ ab omni contradictione absolvuntur; verum etiam in ipso familiari vulgi usu haud pauca primo auditu videntur repugnare, quibus ad trutinam revocatis, conflictus in concordiam vertitur. Si quis igitur rerum quotidianarum apparentem dissensum, incorrupto mentis iudicio, a vera differentia discernit; itemque in philosophicis disciplinis atque in rhetoricis, a discordibus in speciem pugnantia vere distinguit; in sacra vero nostra doctrina eodem jure non agit; sed vel superficialiam quamlibet verborum pugnam ad

2. Profecto ut a re satis communi exordiar, homicidium et reipublicæ tutela creditur apud vulgus, idemque materia sceleris. Tum mercatura decori simul civibus, simulque dedecori est. Quidni igitur hæc contraria sunt? quia videlicet neque benemeritum occidere licet civem, neque urbis studiosum, nec quemvis innocuum: hostem vero et maleficum et præcipue proditorem, æquum est interfici. Præterea qui alienos thalamos violat, si in facinore deprehendatur, licet conjugi læso pœnas de illo sumere: si tamen aliunde facinus cognoscatur, alium iudicem causa postulat. Rursus homines obscuro vitæ generi dediti, mercimoniis suis civitatis commoda augment: qui vero aut ordines militares, aut civiles magistratus, aut similia munera gerunt, hi si ad illa negotia se forte demittant, vitæ suæ dignitatem dedecorant. Nullus exemplorum finis erit, si quis omnia persequi velit. Viden' ut multa speciem præ se ferunt contrarietatis, quæ mox perpensa concordiam tuentur? His igitur considerationibus in sacra quoque Scriptura nostra uti oportet, cujus est effatum illud quod tu mihi objicis, et cujus gratia totum sermonis bujus præmium adornatum fuit.

3. Legislator Moses (imo vero communis omnium creator et legislator ore ejus loquens) ait: « Non occides ^{1*}. » Rursusque: « Accingite unusquisque latus ense; itote ac circumite castrorum portas; occidant singuli fratrem suum et necessarium ac proximum ². » Quidni igitur dicta hæc mutuas cædes lege sanciant? nisi quia intelligimus parcendum esse innoxio; mortis autem reum, et qui patrias leges violavit, debitumque Creatori obsequium ad idola transtulit, hunc, inquam, neci esse tradendum. Libenter omitto verba « Adulterium ne facito; » et: « Cape tibi feminam meretricem, ac liberos nothos crea ³; » habent enim altio rem præsentem quæstione sensum: sed tamen hic quoque circumstantia facit, ut apparens pugna reapse non pugnet. Haud licet Dei prophetam manu, lingua,

^{1*} Exod. xx, 13. ² Exod. xxxii, 27. ³ Usec 1, 2.

NOTÆ.

(8) Videtis Theodori Mopsuesteni interpretationem Osee prophetæ.

modo quolibet, violari. Rei testes illusores pueri, A
qui cum prophetam risui habuissent, convicia sua
corporum suppliciis luerunt ⁴. Cæteroqui et alium
invenies, qui quia prophetæ faciem non verberavit,
in extremum exitium incidit ⁵. Quodque magis
difficultatem roborat, et illos qui injurii fuerant
fera laniavit, et eum similiter qui ab eo facto imi-
tando caverat, alia fera invasit. Quid ergo? nonne
hæc contraria sunt? Minime gentium. Etenim
quædam proprio judicio instinctuque suscepta,
prorsus non licent: verum ubi Deus jusserit, et
sententia cœlitus lata fuerit, non solum verbo *non*
licet locus haud est, verum etiam inobsequentem
pœna acerba consequitur. Utrumque igitur sacrum
Litterarum exemplum apparentem contrarietatem
dispellit; alterum quidem noxii et innoxii
circumstantia; alterum a divino decreto et homi-
nis voluntate.

4. Multa quoque alia quæ aliter pugnare videntur,
perpensis recte circumstantiis, ad consensum
revocantur. Id vero accidit nunc loco, nunc tem-
pore, interdum quoque persona. Et sunt quidem
in tempore differentiæ non paucæ, multo autem in
persona plures; dominus et subditus; dux et ductus;
initians et initiatus; discipulus et magister;
noxius et innoxius. Rursus communis est personæ
divisio, immutatio ejusdem vel suppositio. Namque
alia species consurgit mutato more, manente per-
sona; alia rursus cum uni rei alia supponitur.
Veluti, regem, fecit Deus Saulem, et vicissim eidem
regnum ademitt. « Adhuc tres dies et Ninive sub-
vertetur ⁶; » expectat autem urbs præstitutum
tempus libera malo et illibata. Sexcenta alia sunt,
quæ per morum mutationem personam subdivi-
dentia, mentis tumultum ad quietem vocant. Jam
quod Aaron pœnas non dederit conditi vituli, quo
tempore affines eidem crimini gladius ulciscēbatur,
id ipsum, inquam, aliis causis imputare licet, atque
ejus rei repugnantiam ad æquitatem pertrahere.
Itaque personarum diversitas non mediocriter ad
conciliandas dissonantias valet; quandoquidem et
aliæ res circa personam præcipue atque ab ea mo-
mentum accipiunt. Et quidem in sacris litteris
multa et frequens est ob personæ circumstantiam
varietas. Complura item, quæ dempta inscitia ma-
litiæ legentis, nihil dissonum habent, nihilomi-
nus ceu nullo effugio consonantiam nancisci
queant, objiciuntur.

5. Ex hujusmodi ergo inscitia vel malitia manat
item quæstio illa, « Ne habeatis zonam neque cal-
ceamenta neque peram: » tum etiam, « Nunc vero qui
habet crumenam,umat pariter et peram: quas

⁴ IV Reg. II, 24. ⁵ III Reg. XX, 35. ⁶ Jonæ III, 4.

Οὐκ ἔξεστιν εἰς Θεοῦ προφήτην ὑβρίζειν, οὐ χειρὶ,
οὐ γλώσσῃ, οὐχ ἑτέρῳ τρόπῳ τινί· καὶ μαρτύριον,
παῖδες ἀθύροντες καὶ προφήτην ποιούμενοι γέλωτα,
ἀντι σωμαμάτων σωματῶν εἰσεπράχθησαν διελθρον·
ἀλλ' εὐρήσεις τινὰ, ἐπεὶ μὴ τοῦ προφήτου τὴν ἔψιν
ἐπάταξεν, ὅτι τὴν ἐσχάτην δίκην ἀπέτισε· καὶ τὸ
κρατύνον μᾶλλον τὸ ἄπορον, τοὺς τε πρὸς ὕβριν ἐξ-
ενεχθέντας θηρίον ἐσπάραξε, καὶ τὸν εὐλαθηθέντα
τὴν μίμησιν, θηρίον ἄλλο δῖεσπασε. Τί οὖν ἄρα οὐκ
ἐναντία ταῦτα; Οὐ μὲν οὖν οὐδὲ πολλοῦ δεῖ· οὐκ ἔξ-
εστι μὲν γὰρ οὐδ' ὅλως οικεῖα κρίσει καὶ ὀρμῇ ἀνερε-
θισόμενον· ἐπειδὴν δὲ Θεὸς κελεύη καὶ ἡ ψῆφος
ἄνωθεν φέροιτο, οὐ μόνον οὐκ ἔχει χώραν τὸ οὐκ ἔξ-
εστιν, ἀλλὰ καὶ τὴν παρημεληκότα πικρῶς ἡ δίκη
μετέρχεται. Ἐκάτερον οὖν τῶν ἱερῶν γραμμάτων
παράδειγμα τὴν δοκοῦσαν ἐναντίωσιν ἀποσκευάζε-
ται· τὸ μὲν ἐκ τῆς τοῦ ἀνευθύνου καὶ ὑπευθύνου δη-
λονότι περιστάσεως, τὸ δὲ παρὰ τὴν θεῖαν ψῆφον καὶ
τὸ ἀνθρώπινον ὄρημα.

δ'. Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα τὴν ἐν ἄλλοις μάχην προ-
φαίνοντα, τῶν περιστατικῶν ὀρθῶς διακριθέντων,
εἰς συμφωνίαν μεθίσταται· ἄλλο δὲ γίνεται ποτὲ μὲν
παρὰ τὸν τόπον, ἄλλο τε παρὰ τὸν χρόνον, ἐνίοτε δὲ
καὶ παρὰ τὸ πρόσωπον. Ἔχει μὲν οὖν καὶ ὁ χρόνος
διαφοράς οὐκ ὀλίγας, πολὺ δὲ τὸ πρόσωπον πλείους·
ἄρχοντα καὶ ἀρχόμενον· εἰσαγοντα, εἰσαγόμενον· τε-
λειοῦντα, τελειούμενον· μαθητήν, διδάσκαλον· καὶ
τὸ αἴτιον καὶ τὸ ἀναίτιον· καὶ κοινή πάλιν τοῦ προ-
ώπου τομῆ, μεταβολὴ τοῦτου καὶ ὑπαλλαγῆ· ἄλλο
γὰρ εἶδος ἀποτελεῖται, τοῦ ἤθους μὲν μεταπίπτοντες,
τοῦ προσώπου δὲ διαμένοντος· καὶ ἕτερον πάλιν ὅταν
ἀνθ' ἑτέρου ἕτερον ὑποβάλληται· ὅσον ἐδασίλευσεν ὁ
Θεὸς τὸν Σαοῦλ, καὶ πάλιν ἀφείλεν αὐτὸν τῆς βασι-
λείας· « Ἐτι τρεῖς (9) ἡμέραι, καὶ Νινευὴ κατα-
στραφήσεται. » καὶ μένει χρόνον ἡ πόλις τῆς προθε-
σμίας ἐλευθερὸς τοῦ πάθους ἀπειράτος· καὶ ἄλλα δὲ
μυρία τῇ μεταβολῇ τῶν ἡθῶν τὸ πρόσωπον μεριζό-
μενα, τῶν λογισμῶν τὴν στάσιν καλεῖ πρὸς διάλυσιν.
Τὸ δὲ τὸν Ἀραρῶν μὴ δοῦναι δίκην τῆς μοσχοποιίας,
ὅτε τὸ ξίφος τοῦς μετεσχηκότας τῆς αὐτῆς αἰτίας
ἐδίκαξε, καὶ εἰς ἄλλας μὲν ἔστιν ἀναφέρειν αἰτίας,
καὶ τὸ ἀντιπίπτον ἐκεῖθεν συνάγειν εἰς τὸ ἀκόλουθον,
ἀλλ' οὖν γε καὶ ἡ τῶν προσώπων ἑτερότης οὐ μικρὸν
διαλύσασθαι τὴν ἐναντίωσιν, εἰ γε μάλιστα καὶ τὰ
ἄλλα περὶ αὐτό τε καὶ ἐξ αὐτοῦ λαμβάνει τὴν πρό-
σῶνον· ἀλλὰ πολὺ μὲν καὶ πολλαχοῦ τῆς θείας Γρα-
φῆς τὸ ποικίλον τῆς ἐν τῷ προσώπῳ περιστάσεως·
καὶ πολλὰ παρὰ τὴν ἀγνοίαν ἢ κακοურγίαν τοῦ θεω-
ρήματος οὐκ ἔχοντα μάχην, ὡς μὴδ' ἀποστροφὴν εὐ-
ρεῖν δεδυνημένα συμφωνίας, προτείνεται.

ε'. Ἐκ τῶν τοιούτων τοιγαροῦν ἀγνοημάτων ἡ
κακοურγημάτων καὶ τὸ « Μὴ ἔχετε ζώνην μήτε ὑπόδη-
ματα μήτε πήραν, » καὶ τὸ « Ἀλλὰ νῦν ὁ ἔχων βαλάντιον
ἀράτω ὁμοίως καὶ πήρην· » καὶ « Ὁ μὴ ἔχων πωλήσει

NOTÆ.

(9) Τρεῖς pro τεσσαράκοντα habes etiam apud
Theodorum Mopsuestenum comm. in Jonam, et
apud pseudo-Cyrillum comm. æque in Jonam;

conciliationem quamdam legis apud Augustinum,
De civ. D. XVIII, 44.

τὰ ἱμάτια αὐτοῦ καὶ ἀγοράσει μάχαιραν, ὡς ἐναντία A
προβάλλονται καὶ μαχόμενα. Ἐγὼ δὲ οὕτω μὲν λέγω
τὰ ἄλλα, ἀλλ' ἐκεῖνο, πῶς ἡ τῶν ῥητῶν ἐφεξῆς καὶ
κατὰ συνέθειαν σύνθεσις οὐκ ἐδυσώπει φυγεῖν τὴν
τῆς μάχης ὑπόληψιν, παραπέμπει δὲ μᾶλλον ἐλθεῖν
ἐπὶ ζήτησιν καὶ τὸ βάθος ἀνιχνεύειν τοῦ προστάγμα-
τος; Ἄμα γάρ καὶ ἐν τῷ ἀκαρεῖ μῆτε λήθης ἐμπι-
πτούσης, μῆτε γνώμης ἀστατούσης, οὐ μὴν οὐδὲ
βίας ἰσχυούσης, ἀλλ' οὐδ' ἀκοῆς τὸ διάφορον ὑποβαλ-
λομένης, πῶς ἐν τῶν αὐτῶν τάναντία ἐπισημαίνο-
μενον νομοθετεῖν αἰρεῖσθαι ἃ καὶ φεύγειν προσέτατ-
ται; Ἄλλ' εὐγνώμονος μὲν ἴσως ἂν εἴη λαθεῖν ἐν-
εὔθεν τῆς θεωρίας ὑπόθεσιν· τὸ δὲ καὶ ῥητῶς τὸν
χρόνον ἀμείβειν καὶ τοῖς ῥαδιουργοῦσιν ἀντιστήσεται·
ὅτι γάρ φησιν, « Ἀπέστειλα ὑμᾶς. — Nūn δὲ λέγω
ὑμῖν. » ἄλλω δὲ καὶ ἄλλω καιρῷ ἐτέραν καὶ ἐτέραν B
ἐναρμόζειν ἐν τλήν, οὐ μόνον οὐδὲν ἄστοπον, ἀλλ' ἐσθ'
ὅτε μᾶλλον οικειότερον, ἢ εἰ τις πᾶ ἀυτὰ προστάττει,
τοῦ κατὰ τὸν καιρὸν διαφόρου ἐξ ἀνάγκης ζητοῦντος
διάφορα.

ζ'. Ἄλλὰ γὰρ οὕτω τῶν εἰρημένων διεσκευασμέ-
νων, τινὲς προκείμενον ἐπιλυόμενοι φασὶ τὸν κοινὸν
Δεσπότην τοὺς μαθητὰς πάσαι μὲν παιδοτριβοῦντα,
καὶ πρὸς τὸ τῆς ἀκτημοσύνης εἰσάγοντα στάδιον,
μηδὲν αὐτοῖς τῶν προσύλων καὶ χαμαὶ καθέλειν δυ-
ναμένων ἐπιτρέψαι συνεφέλκεσθαι, μηδ' ἂν εἴη οἷς ὁ
ῥέων βίος οὗτος καὶ πρὸς τὴν φθορὰν ἐλαύνων συν-
έχεται· εἴωθε γὰρ πολλάκις καὶ μάλιστα τοῖς ἀτελε-
στέροις ἢ τῶν ἀναγκαίων μέριμνα, καὶ τῶν περιττῶν C
καὶ ὑπὲρ τὴν χρεῖαν τὴν σπουδὴν κατ' ὀλίγον συν-
επισύρθεσθαι, καὶ πολλὴν τῆ ψυχῆ τὴν λύμην συγκα-
εργάζεσθαι. Διὰ τοῦτο, φασίν, ὁ Σωτὴρ ἄρτι μυσ-
αγωγούμενοις ἀπέπειε τότε μηδὲν τοῖς μαθηταῖς τῶν
ἡθῶν καὶ σωματικῶν συνεφέλκεσθαι· ὕστερον δὲ τὸν
ἀγῶνα διηγουκὸς ἀνύβριστον, καὶ πείραν ὕσον ἔδει
δόντας ἐν οἷς τοῦ σαρκικοῦ κατεφρόνησαν, ἔτι δὲ καὶ
τοῦ σωτηρίου πάθους λοιπὸν ἐστηκότος, μεθ' ὁ πολλῶν
πειρασμῶν νιφάδες τοὺς ἀγωνιστὰς περιστοιχιζοῦσιν
ἠφίεντο, καὶ χειμῶν ἀνυπόστατος διωγμῶν καὶ θλι-
ψεων ὑπεδέχεται, διὰ ταῦτα τὴν τῶν μετρίων κτῆσιν
καὶ ἃ συγκροτεῖ τὴν ζωὴν μὴ διαρρῦθαι, συγχωρεῖ.
Τοῦ γὰρ τῆς φιλοχρηματίας πάθους τῶν ἀποστολικῶν
ἡθῶν τε καὶ τρόπων ἐξ αὐτῆς κρηπίδος ἀνατραπέν-
τος, καὶ τοῦ διωγμοῦ σφοδρὸν καὶ ἀνυπόστατον πνέον- D
τος, ἐχρῆν τι παραμύθιον εἰς ἐφόδιον φέρειν τῆς
πανταχόθεν ἐπιπρεαζομένης ζωῆς· καὶ οὐδ' ἐν οὐδ'
ὄλωσ θάτερά τῆς ἐντολῆς ἡ ἑτέρα λυμαίνεται· ὡσπερ
οὐδ' εἰ τις στρατιωτὴν μετὰ νίκας καὶ τρόπαια τῶν
πολεμικῶν ἀγῶνων τέως ἀπάγων δίδωσι πιεῖν καὶ
ὄσα εἰρήνην χαρίζεται· ἢ εἰ τις εἰς διδασκάλου μὲν
φοιτῶντα ἄλλαις συνασκει μελέταις, τὸν ἐφθῆγον δὲ
διεξιόντα βαθυτέροις νόμοις καὶ ὑψηλοτέραις ἐγγυ-
μνάσει θεωρίας· καὶ ποιμνιον μὲν ἄλλοις ἔθεσι καὶ
θεσμοῖς εὐθηνεῖται, τὸν ποιμένα δὲ οὐχ ἡ αὐτῆ τοῦ
βίου τρίδος κατευθύνει.

ζ'. Ἄλλ' οὕτω μὲν τινες εἰς συμφωνίαν τὰς ἐν ταῖς

A si quis non habet, vestimenta sua vendet gladium-
que emet. » Ego vero, aliis interim omissis, illud
rogo, cur non ea quæ ibi consequenter dicuntur,
contextusque structura, suffecerint ad excluden-
dam omnem repugnantiam opinionem; imo vero non
impulerint ad exquirendum altiusque vestigandum
præcepti sensum arcanum? Nullo enim interjecto
temporis spatio, neque subrepente oblivione, neque
mentis inconstantia, neque vi aliqua ingruente, ne-
que rumore quolibet rem diversam subjiciente, qui
fieri poterat ut idem contraria approhans, eadem
facere juberet, quæ cavere imperaverat? Imo ho-
minis prudentis erit hinc sumere explicandæ rei
argumentum. Illud etiam contradicentium levitati
adversatur, quod diversa tempora diserte Servator
innuit; cum enim, inquit, « Misi vos; — Nunc
autem dico vobis. » Jam quod diversis temporibus
diversa præcepta congruant, non solum non est
absurdum, verum etiam quandoque aptius, quam
si quis eadem imperet, etiamsi diversitas temporis
necessario diversam rem postulet.

6. Quæ cum ita se habeant, nonnulli ut propo-
sitam quæstionem solvant, aiunt communem Do-
minum discipulos olim erudientem atque in pau-
perialis curriculo exercebant, nulla eos re mate-
riali atque humi deprimerem solita sivesse alripi, ne
illis forte fluxus hic mundus, qui ad interitum ducit,
adhæreret. Solet enim sæpenumero, præcipue
imperfectioribus, victus necessarii cura, rerum
quoque superfluarum quasque usus non postulat
paulatim studium ingerere, multumque animæ detri-
mentum afferre. Propterea, dicunt, Servator
nuper initialis discipulis interdicebat, quominus
terrenis rebus corporeisque distraherentur. Deinde
autem agone jam honorifice peracto, documento-
que satis edito quantopere carnalia spernerent,
Dominica insuper passione instante, postquam ten-
tationibus innumeris athletæ propemodum obruendi
erant, atque intolerabili persecutionum angustiarumque
procellæ obijciendi; idcirco modicæ rei
familiaris possessum concedit, quo scilicet vita
sustentaretur. Namque avaritiæ vitio ex apostolicis
moribus vitæque funditus everso, persecutione
autem vehementer atque intolerandum in modum
flante, æquum erat solamen aliquod ac tanquam
viaticum circumferre vitæ quaquaversus calamita-
tibus appetitæ. Neque alterutrum præceptum ab
altero prorsus læditur. Veluti si quis militem post
victorias atque tropæa bellicis certaminibus ali-
quandiu subducens, potu recrearet vel cæteris
quæ pace suppeditantur. Vel si quis puerum dum
in ludo magistri versatur certis quibusdam imbue-
ret rudimentis, tum vero in ephebos productum
gravioribus institutis celsioribusque doctrinis exer-
ceret. Denique qui grex est, aliis ritibus atque
præscriptis bene se habet; qui autem pastoris mu-
nere lungitur, non eadem vitæ semita commode
utitur.

7. Sic ergo nonnulli Scripturarum varias senten-

illas ad concordiam trahunt. Aliis vero quadam alia, præter prædictas, solutiones haud minus placet. Aiunt igitur, quo tempore discipuli primum erudiebantur ac tyronum ordinem tenebant, opus fuisse ut nulli alii rei partem tribuere cogitationum permitterentur; ut nimirum ad ediscendam exercendamque Servatoris doctrinam tota mente vacarent: præsertim quia magister ipse aderat, suppeditabatque ex tempore non solum ea sine quibus vita ruit, verum etiam manus eorum ita implebat, ut illaboratas epulas multis turbis impertiri possent. Sed enim cum jam ipsi imperfectorum rudimenta excessissent, atque a statu perfecto prope abessent, magister autem præsentiam suam voluntaria salutarique nece paulo post ipsis erepturus esset; tum etiam prædicationem iisdem commissurus, atque ad magistrorum pastorumque prærogativam promoturus; tunc eos admonuit, minime esse vetitum quominus necessarium vitæ vaticum secum ferrent: qui mos eo tempore inceptus, curæ quoque asseclis impendendæ ortum dedit; id quod ex ipsis rebus deinde gestis cognoscere licet. Namque ante pedes apostolorum pretia domorum agrorumque allata ponebant: vicissimque singulis id quod usui esset suppeditabatur.

8. Insuper aliud quoque præclare considerandum exhibent. Creator ipse omnium rerum et conservator, dum omni cura terrestri discipulos possessuque arcebat, marsupium tamen habebat, et qui aliquid injicerent non respuebat. Quare hoc quoque præcepto haud prorsus opibus interdicti, sed ne his simus obnoxii ac dediti: nam et ipse, ut diximus, non habendo habebat: nempe egentium tantummodo causa, et obeorum solandas angustias, atque ad necessitatis depulsionem quamdam atque medelam. Sicuti ergo minime repugnabat, ipsum ferre loculos, illis simul interdiceret quominus quidquam retinerent; ita non est contrarium, olim quidem eos ad asperum paupertatis arduumque culmen contendisse; postea vero modica rei necessariæ possessione multis se sollicitudinibus expedivisse, ac summarum angustiarum solamen obtinuisse. Sed præter hæc, imo vero in primis, cum videris, aiunt, paupertatis præmium divitias, tum demum cogitando clarius intelliges non esse hæc invicem peremptoria, neque pugnare mandatum non possidendi cum illo quod ejus rei copiam facit: dummodo prius illud de homine pecunia perturbari solito dictum putes; possessio autem rei familiaris vacuum te perturbatione relinquat. Quomodo enim mentis liberalitas et paupertatis sublime studium multiplicem opum mirabilemque copiam pareret ac germinaret, si forte confligerent inter se justa possessio et paupertatis doctrina? Quinam vero est hujus rei testis? quis adeo sermonis auctor? nimirum ipse communis hominum Servator ac Dominus, qui propria omnia propter eum deserentes, centuplicem fructum relatueros deuntiavit: neque hactenus præmium circum-

α ῥητοῖς συνάγουσι διανοίας· οἱ δὲ τὰ μὲν ἄλλα τῶν προτεθειμένων οὐκ ἔλαττον ἀγαπῶσι· φασὶ δὲ τῶν μαθητῶν πρότερον μὲν εἰσαγομένων καὶ τελειομένων τάξιν ἐπεχόντων, ἀναγκαῖον εἶναι περὶ μὴδὲν ἄλλο τοὺς λογισμοὺς μερίζεσθαι ἐπιτρέπειν, ὅλον δὲ τὸν νοῦν πρὸς τὴν μάθησιν τῶν σωτηρίων καὶ μεταχειρίσιν ἐπιστρέφειν· ἄλλως τε καὶ τοῦ διδασκάλου παρόντος καὶ παρῆχοντος αὐτοσχεδίως οὐχ ὅσα μόνον ἢ φύσις οὐκ ἔχουσα λύσιν ἔχει, ἀλλὰ καὶ χειρὰς πολλοῖς πλήθει τροφήν ἀγεώργητον ὑπηρετουμένας. Ἐπειδὴ δὲ αὐτοὶ μὲν τὴν τῶν ἀτελῶν ὑπερανέδραμον παιδαγωγίαν, ἐγγυτέρω δ' ἐγένοντο τοῦ τελείου, αὐτῶς δὲ ἦδη τῷ ἔκουσῳ καὶ σωτηρίῳ θανάτῳ τῆς σωματικῆς αὐτοὺς ἀποστρεφῆν ἐπιησίαζε παρουσίας, καὶ πρὸς γὰρ τὸ κήρυγμα αὐτοῖς ἐγγειρίζειν, καὶ εἰς διδασκάλων καὶ ποιμένων προνόμιον ἀνατιθέναι, ἀκώλυτον αὐτοῖς τότε τὰ ἀναγκαῖα τῆς ζωῆς ἐφόδια φέρειν ἀποραίνει· ὅπερ, ἐκεῖθεν φύεν τὴν ἀρχὴν, καὶ τὴν τῶν διδασκομένων πρόνοιαν ἐκαρποφόρει, ὡς ἐπ' αὐτοῖς ἔστι τοῖς ἔργοις προῖδν ἰδεῖν· καὶ γὰρ παρὰ τοὺς πόδας τῶν ἀποστόλων τὰς τιμάς τῶν οἰκιῶν καὶ τῶν ἀγρῶν φέροντες ἐτίθουσι, καὶ ἐδίδοτο ἑκάστῳ καθ' ὃ ἂν τις χρεῖαν εἶχεν.

η'. Ἄλλὰ καὶ τοῦτο καλῶς ἐπιθεωρεῖν ὑποτίθενται. Αὐτῶς ὁ Δημιουργὸς καὶ συνοχεὺς τοῦ παντός, ὅτε συμπάσης ἀπῆγε τοὺς μαθητὰς περιπαθείας προσύλου καὶ κτήσεως, γλωσσόκομον εἶχε καὶ τοὺς βάλλοντας ἀπεδέχετο· ὥστε οὐ τὸ μὴ κεκτηθῆναι ἄλλως, ἀλλὰ τὸ μὴ τοὺς ἔχεσθαι καὶ προσηλωθῆναι, καὶ διὰ τῆς ἐντολῆς ταύτης κωλύει· ἐπεὶ καὶ αὐτῶς, ὡς περ ἔφημεν, εἶχεν οὐκ ἔχων· ἔνεκεν γὰρ τῶν δεομένων, καὶ παραμύθιον τῶν ἀπορουμένων, καὶ τῆς ἀνάγκης ἀποστροφὴν τινα καὶ λύσιν. Ὅπερ οὖν οὐκ ἐναντίον αὐτὸν μὲν γλωσσόκομον φέρειν, ἐκείνους δὲ μὴδὲν συνεπιφέρειν ὅλως ἀπαγορεύειν. οὕτως οὐκ ἔστιν ἐναντίον οὐδὲ πάλαι μὲν αὐτοῦς πρὸς τὸ τῆς ἀκτημοσύνης τραχύ τε καὶ δυσπρόσοδον ἀνατρέχειν, ὑστερον δὲ καὶ τῇ συμμέτρῳ τῶν ἀναγκαίων κτήσει τῶν πολλῶν ἀνίσθαι πόνων, καὶ τῆς ἐσχάτης ἔχειν παραμύθιον στενωχωρίας. Ἄλλὰ γὰρ καὶ πρὸς τοῦτοις, μέλλον δὲ πρὸ τῶν εἰρημένων. ὅταν ἴδῃς, φασὶ, τῆς ἀκτημοσύνης ἄθλον τὸν πλουτόν, σαφέστερον ἂν ἐπιστήσας συνήσῃ ὡς οὐκ ἔστιν ἀλλήλων ἀναιρετικά, οὐδὲ διαμάχεται ἢ ἐντολὴ τοῦ μὴ κεκτηθῆναι πρὸς τὴν ἐπιτρέπουσαν κεκτηθῆναι, ἂν τὸ μὲν συνάπτῃς δηλονότι τῷ ἐμπαθεῖ, ἢ κτήσις δὲ σοι τοῦ πάθους ἐλεύθερον. Πῶς γὰρ ἂν τὸ ἀφιλάργυρον τῆς γνώμης καὶ τὸ τῆς ἀκτημοσύνης ἀνυπέροβητον εἰς τὸ πολλαπλάσιον καὶ θαυμασιώτερον ἐβλάστανεν ἂν, καὶ ἐκαρποφόρει τῆς περιουσίας τὸ ἀφθονον, εἰ διὰ μάχης ἀλλήλοισ ἢ δικαία κτήσις καὶ ὁ τῆς ἀκτημοσύνης λόγος προΐεσαν; Καὶ τίς μάρτυς; τίς δὲ παραστάτης τοῦ λόγου; Αὐτῶς ὁ κοινὸς τοῦ γένους Σωτὴρ καὶ Δεσπότης, ὃς τοῖς δι' αὐτὸν λιποῦσι πάντα τὰ αὐτῶν ἑκατονταπλασίονα ληψέσθαι ἐπηγγείλατο· καὶ οὐδὲ μέχρι τούτων τὸ ἐπαθλον περιέγραψεν, ἀλλ' ἔτι πρὸς τὸ μείζον, καὶ

οὐδ' ὅσον ἔστιν εἰπεῖν μείζον, ἐξαίρει καὶ ὑπερέ-
θῃσι· τὴν γὰρ τῶν οὐρανῶν βασιλείαν κληρὸν αὐτοῖς
ἐπιφέρει.

θ'. Τοιαῦτα μὲν οὖν καὶ οἱ μετὰ τοὺς πρώτους
συμφωνεῖν ἀλλήλοις τὰ ἱερὰ κατασκευάζοντες λόγια·
καὶ δῆλον ὡς ἑκατέρω μοῖρα διὰ τῆς κατὰ τὸ πρό-
σωπον περιστάσεως ἐλκύσαι τὴν λύσιν ἐνεδυναμώθη
τοῦ ἀπορήματος· ἕτεροι δὲ παρ' ὅσον ἐπήλομεν
δόξαι ἐκ τῶν αὐτῶν μὲν ἐγγύς ἐκείναις ἀφορμῶν
ἔσχον τὴν κίνησιν· οὕτε δὲ ταῖς προλαβοῦσαις οὕτε
πρὸς ἀλλήλους· τὰ αὐτὰ διασώζουσι τέλη· ἀπὸ μὲν
γὰρ τῆς τῶν προσώπων ἑτερότητος, καὶ αὐταῖς τὸ
ἄπορον λύεται. Λέγουσι δὲ τὴν μὲν προτέραν ἐντο-
λὴν, ἣτις τὸν τῆς ἀκτημοσύνης εἰσέφερε νόμον, πρὸς
τοὺς μαθητὰς ὡς ἀληθῶς εἰρησθαι, κἀκεῖνοις ἐφαρ-
μόζειν μόνοις, καὶ ὅσοις τὸ τῆς φιλοσοφίας ἔντονον
καὶ παραπλήσιον ἄλυτον διὰ βίου μένει· τὴν δὲ δευ-
τέραν οὐδὲν μὲν παρακινεῖν τοῦ περὶ τῆς ἀκτημο-
σύνης τοῖς ἀθληταῖς δεδομένου νόμου, πρόσωπον δὲ
ὑποβάλλειν μὲν τῶν μαθητῶν, εἰς ἑτέρους δὲ τὴν
ἀναφορὰν ἔχειν. Ἄλλ' ἑκατέρω μὴν διέξῃ τὰ κοινὰ
μέχρι τούτου· σχίζεται δὲ τὸ λοιπὸν θατέρας ἡ ἑτέρα·
καὶ ἡ μὲν πρόσωπον ὑποτιθεμένη ὅσον πολιτικὸν τε
καὶ τοῦ μιγάδος οὐδὲν ἀνέχει, ἅτε δὴ πρὸς μείζονα
φιλοσοφίαν δυσανάγωγόν τε καὶ δυστήνιον· τούτοις δὲ
ἄρα ὑπαγορεύει διοικονομεῖσθαι καὶ τὴν τῶν με-
τρῶν κτήσιν, καὶ τῆς τοὺς μαθητὰς ἀθλοθετοῦσης
νομοθεσίας ἐλευθέρους τούτους ἀφήσιν· ἡ δὲ τοὺς
Ἰουδαίους τῶν μαθητῶν ἀντιστάγουσα προφρητεῖαν
εἶναι τῆς δευτέρας τὰ ῥήματα διατίθεται κατὰ C
παντὸς τοῦ γένους, ἣτις καὶ πρὸς ἔργον ἐκδέδρακεν,
Οὐεσπασιανῶν καὶ Τίτου εἰς πολιορκίαν τῆς Ἱεροσο-
λύμων πόλεως καταστάντων, οἱ, καὶ ταύτην πολέμου
νόμῳ παραστησάμενοι, μαχαίρας ἔργον τῷ Ἰουδαίῳ
ἔθνος· ἐπέδειξαν. Τότε γὰρ δὴ τότε οἷς μὲν ἡ κτήσις
ἐπιπλά τε καὶ ὅσα ἄλλα κομίζται ῥάδια, ταῦτα φέ-
ροντες εἰς τὰς ἐπέκεινα τῆς Ἰουδαίας πόλεις τῆς οἰ-
κειίας ἀπέτρεχον μητροπόλεως· οἱ δ' ἄλλως πλούτη
βαρυνόμενοι, ἢ καὶ τισὶν ἑτέροις τρόποις ἐνεσχημέ-
νοι, οὗτοι δὴ τῇ πόλει μένειν ἐξαιπαιτούμενοι, ξίφη
καὶ μαχαίρας καὶ τὰς ἄλλας πολεμικὰς πανοπλίας
ἔξωνεῖσθαι συναυνοῦντο, τοῦ πολέμου πρὸς τὴν
πρᾶξιν καὶ μὴ βουλομένους ἐπαναγκάζοντος· καὶ
τοῦτο δὴ τοῦτο εἶναι δὲ τὸ δεσποτικὸν προαπεθέσπισε
στίγμα· « Nūn δὲ ὁ ἔχων βαλάντιον ἀράτω ὁμοίως
καὶ πήραν· ὁ δὲ μὴ ἔχων πωλήσει τὰ ἱμάτια αὐτοῦ,
καὶ ἀγοράσει μάχαιραν· » τοῦτο δὲ ἄρα καὶ χρη-
σμοῖς ἀνωθεν προδηλοῦσθαι· « Συγκόψατε τὰ ἄροτρα
ὑμῶν εἰς βρομφαίας, καὶ τὰ ὄρεπανά εἰς σειρομά-
στας, » τοῦ θεοῦ προκαταγγέλλοντος. Οὕτως οὖν
φασὶν, οὐδαμῶς μάχεσθαι τὸ μὴ ἔχειν ζώνην μήτε
ὑποδήματα μήτε πήραν, πρὸς τὸ « Nūn δὲ ὁ ἔχων
βαλάντιον ἀράτω ὁμοίως καὶ πήραν· ὁ δὲ μὴ ἔχων
χαιραν. »

ε'. Ἀλλὰ γε τοῖς οὕτω τὴν ἀπορίαν ἐπιλυομένοις
ἀντιπεσείται μὲν ἰσως αὐτὰ τὰ δεσποτικὰ ῥήματα·
« Ὅταν γὰρ ἀπέστειλα ὑμᾶς, » φησί. Καὶ, « Nūn δὲ

† Joel. iii, 10.

A scripsit, sed magis extulit et cumulavit, ita ut
nihil majus dici queat: regni videlicet cœlestis hæ-
reditatem illis adjecit.

9. Hæc aiunt qui post illos priores dant operam,
ut sacra oracula inter se consonent. Et sane explo-
ratum est partem utramque a personæ circum-
stantia ad conciliandam dubii solutionem vires
colligere. Cæteræ vero, quantum novimus, senten-
tiæ ex iisdem fere principiis manant; neque tamen
sive cum prioribus sive ipsæ secum ad finem usque
consentiunt. Nam et ipsæ quidem a personarum
diversitate quæstionem solvunt: cæteroqui prius
præceptum, quod paupertatis legem sanciebat,
discipulis revera aiunt traditum, hisque solis con-
gruere, nec non iis hominibus qui religiosi instituti
parem severitatem insolubiliter per omnem vitam
amplexi sunt. Altero autem mandato haud infirmari
aiunt latam perfectioribus illis paupertatis legem;
idque personam quidem præterdere discipulorum,
verumtamen alios homines reapse spectare. Hac-
tenus sententiæ utriusque commune aliquid inest.
Deinde in diversa abeunt: etenim altera personam
proponit ab omni quidem re politica ac populari
abhorrentem, cæteroqui sublimioris vitæ haud ca-
pacem neque patientem: his, inquam, hominibus
modicum rei familiaris possessum attribuit, eos-
demque legis ejus, quæ discipulis coronata certa-
mina indicit, immunes esse sinit. Altera vero sen-
tentia Judæos discipulorum loco ponens, in poste-
rioris mandati verbis vaticinium contra universam
gentem contineri ait: quod sane exitum nactum
est, cum Vespasianus ac Titus Hierosolyma urbem
obsidione cinxerunt; qui post hanc belli jure sub-
actam, Judæos gladiis consumendos tradiderunt.
Tunc enim quorum possessio supellex erat et quid-
quid facile asportari poterat, id in alias extra Ju-
dæam urbes ferentes, a sua metropoli diffugiebant:
dum alii interim divitiis gravati, aut quolibet mo-
do detenti, dum urbanæ stationis tenaces sunt,
mucrones et enses atque alia arma bellica coemere
festinabant, bello ad id invites urgente. Atque hæc
rem nimirum Dominico ore prædici; nunc vero qui
habet crumenam, sumat pariter et peram: quas si
quis non habet, divenditis vestimentis gladium
acquiret. Id ipsum antiquioribus quoque oraculis
significatum fuerat, propheta dicente: « Aratra
vestra in gladios, et falces in lanceas concidite ». »
Sic igitur verba: « Ne habeatis zonam neque cal-
ceamenta neque peram. » negant pugnare cum his.
« Nunc qui habet crumenam, sumat pariter et pe-
ram: qui vero non habet, vestimenta sua vendet,
gladiumque coemet. »
πωλήσει τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ, καὶ ἀγοράσει μᾶ-

10. Sed enim his qui hac ratione controversiam
dirimunt, ipsa fortasse Dominica verba contradi-
cunt: « Cum misi vos, » inquit. « Nunc autem dico

vobis; » non aliis sed vobis ipsis, quos antea prædicatum misi. Quare locus recipiendæ personarum mutationi nullus est. Imo vero quid consentaneum, vel quem nexum habent verba : « Nunc qui habet crumenam, sumat pariter et peram, » cum paupertatis mandato? Cur enim pauper crumenam haberet? Jam ipsa peræ cum crumena assumptio, quodnam, quæso, Judaici exitii vaticinium innuit? Sane hæc opinio indagatio si libero iudicio fiat, prædictarum quoque sententiarum nonnullis obstabit, neque sinet indubiam solutionem evadere. Namque olim interdixisse discipulis, deinde concessisse, opes; his, inquam, mandatis qui fieri potest ut accommodetur dictum illud : « Nunc qui habet crumenam, sumat et peram? » rursusque illud : « qui autem non habet, divenditis vestibus gladium emet? » Neque vero, si vel hæc concedantur, idcirco apparet prioris mandati apud eos qui acceperant observantia: alioqui nullus crumenæ locus esset. Posterius autem mandatum non tam possidendi copiam facit, quam superioris violationem coarguit. Quæ cum ita se habeant, nihilominus sacros illos interpretes propter sua priora tentamina piæque animum divinis præconiis efferre decet. Opum quippe hermeneuticarum initium inde traxerunt ii, qui illos consecuti sunt, interpretes, seminibus nimirum acceptis ac solutionum accuratiorum primitiis. Idque magis illis patrum jus erga nos asserit, nosque omnis observantiæ debitores demonstrat, quod nimirum acribus eorum conatibus ac laboribus, nunc demum ad apicem videre licet sacrarum Litterarum interpretationem protractam, nec cuiquam inscitæ aut dubitationis ausam jam esse relictam.

11. Quod si forte aliquis sancti Spiritus instinctu dicat, prædictas offensiones declinandi causa, plerasque earum quæ in divina Scriptura videntur contradictiones, inscitia malitiæ eorum fieri qui textus illos oppugnant; id, inquam, recte admodum justeque dicetur. Etenim partim haud considerant circumstantias quibus repugnantia auferuntur, partim vero improbitate sua difficultatem exaggerant. Attamen personarum circumstantia haud magnopere præsentis argumento prodest, sed ipsarum potius sacrarum litterarum diligens consideratio, inscitia sordes puritate sui sensus hinc ejiciet. Sequere me igitur cogitatione tua, meamque operam comitare. Primo quidem Dominus haud jubet discipulos crumenam gerere, verum eos qui hanc haberent, peram quoque simul ferre sinit. Qui, quæso, hæc inter se dissonant, vel quomodo sibi adversantur? in discipulorum numero habere ac prædicare eos qui paupertatis mandatum curant; violatoribus autem indulgere, atque ejus rei præceptum antiquare. Etenim infirmæ menti severitas regulæ inutilis est; et qui superiore vita neglectum legis præ se tulit, is inhibet ulteriorem legislatoris providentiam. Conceditur ergo, ut diximus, habentibus crumenam etiam pera; vel potius futu-

λέγω ὑμῖν· οὐκ ἄλλοις ἀλλ' ὑμῖν αὐτοῖς, οὐδὲ καὶ κηρύσσειν ἀπέστειλα· ὥστε νῦν ἡ τῶν προσώπων ὑπαλλαγὴ οὐδεμίαν εὐρίσκει χῶραν ἀποδοχῆς. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τίνα λόγον, ποῖον δὲ συνδιασώσει εἰρμὸν τὸ, « Ἀλλὰ νῦν ὁ ἔχων βαλάντιον ἀράτω καὶ πήραν, » πρὸς τὴν τῆς ἀκτημοσύνης ἐντολῆν; Πῶς γὰρ ἂν ὁ ἀκτῆμων βαλάντιον ἔχοι; Τίνα δὲ προφῆτειαν τὸ προσλαβεῖν τῷ βαλαντίῳ καὶ πήραν τῆς τῶν Ἰουδαίων ὑπογράφει καταστροφῆς; Ἀλλ' ἡ τοιαύτη μὲν ἔρευνα τῶν λογισμῶν ἀδεκάστῳ κρίσει καὶ τῶν ἔμπροσθεν ἀποδοδομένων λόγων ἐνίοις τισὶ διανοαῖς ἐμποδῶν ἂν σταίη, καὶ οὐκ ἂν συγχωρήσειε τὴν λύσιν ἀναμφισβήτητον προσελθεῖν· τὸ γὰρ πάλα μὲν τοῖς μαθηταῖς ἀποκωλύσαι, ὕστερον δ' ἐπιτρέψαι τὴν κτῆσιν· ταῦταις δὲ ταῖς ἐντολαῖς πῶς ἂν ἐφέλκυσθειη συναρμόσαι τὸ, « Ἀλλὰ νῦν ὁ ἔχων βαλάντιον ἀράτω καὶ πήραν; » καὶ τὸ, « Ὁ δὲ μὴ ἔχων πωλήσει τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ, καὶ ἀγοράσει μάχαιραν; » Οὕτε γὰρ εἰ ταῦτα δοθεῖη, τῆς προτέρας ἐντολῆς οὐδαμῶς ἐπιγινώσκειται τοῖς λαβοῦσιν ἡ φυλακὴ· οὐ γὰρ ἂν χῶραν εἶχε τὸ βαλάντιον. Καὶ ἡ δευτέρα δὲ οὐκ ἐπιτροπήν εισάγει μᾶλλον τοῦ κτῆσασθαι, ἀλλ' ἐλεγχὸν τοῦ μὴ φυλάξαι τὰ πρότερα· ἀλλὰ γὰρ τοὺς μὲν ἱεροὺς ἐκείνους ἄνδρας ἄγειν τε χρεῶν καὶ θειάζειν τῆς τε πρώτης ἐπιβολῆς καὶ τῆς εὐσεβοσύνης γνώμης· καὶ ὅτι τὴν ἀρχὴν τῆς εὐπορίας ἐκείθεν οἱ μετ' αὐτοῦς ἀνεδέξαντο, σπέρματα λαθόντες καὶ ἀπαρχὰς ἀκριβεστέρων ἐπιλύσεων καὶ τὸ γε πατέρας αὐτοῦς μᾶλλον ἡμῖν ἐπιγράφων, καὶ τροφῶν ἡμᾶς ἀποφαίνον χρεώτατος, ὅτι ταῖς συντόναις αὐτῶν ἐπιβολαῖς καὶ φιλοπονίαις, εἰς ἄκρον ἔστιν ἰδεῖν τὰ πλεῖστα τῶν ἱερῶν γραμμάτων τὴν ἐργασίαν ἀπειληφότα, καὶ μηδεμίαν ἀγνοίας ἢ ἀμφισθητήσεως τισὶ καταλελειπόμενα πρόφασις.

ια'. Φαίη δ' ἂν τις ἴσως ὀδύγῳ τῷ Πνεύματι χρωμένος, ὥστε καὶ τὰς εἰρημένας λαθὰς ἐκφυγεῖν, ὡς τὸ μὲν πολλὰ τῶν φαινομένων ἐν τῇ θεῇ Γραφῇ μάχεσθαι παρὰ τὴν ἀγνοίαν ἢ τὴν κακουργίαν τῶν τοῖς ῥητοῖς ἐπιβαλλόντων, ὀρθῶς τε καὶ δικαίως εἰρηται· οἱ μὲν γὰρ οὐκ συνορῶντες τὰ περιστάτικα δι' ὧν τὰ μαχόμενα λυέται· οἱ δὲ κακομηχανοῦντες τὴν ἀπορίαν κρατύνοσι· πλὴν ἀλλὰ γε νῦν ἡ ἀπὸ τοῦ προσώπου περιστάσις οὐδὲν μέγα τῇ παρουσίᾳ θεωρίᾳ συμβάλλεται, αὐτῶν δὲ μᾶλλον τῶν ἱερῶν γραμμάτων ἡ ἀκριβὴς συνεξέτασις ἐξ ἑαυτῶν διασκεδάζεται ἐπιθολούσαν ἀγνοίαν τῇ καθαρότητι τοῦ νοήματος. Καὶ μοι συνδιασκόπει τοῖς λογισμοῖς καὶ συναχολοῦθει τῷ ἔγγειρῆματι. Πρῶτον μὲν ὁ δεσπότης οὐκ ἐπιτάττει τοὺς μαθητὰς βαλάντιον αἶρειν, ἀλλὰ τοὺς ἔχοντας, καὶ πήραν συνεπιφέρειν ἀφήτη. Ποῦ τοίνυν ταῦτα ἀσύμφωνα, καὶ πῶς ἂν ἀλλήλοις μάχοιτο; μαθητὰς μὲν ποιεῖν καὶ δεικνύσαι τῆς ἀκτημοσύνης νομοφύλακας, τοὺς ἡθετηκότας δὲ συγχωρεῖν, κατὰ τῶν ὁμοίων λύειν τὸ πρόσταγμα· ἀβύωσθήματι γὰρ γνώμης κανῶν ἀκριβείας ἀσύμφορον· καὶ ὁ δοὺς τοῖς προλαβοῦσι τῆς ὀλιγορίας τὸν ἐλεγχόν, αὐτὸς ἀναχαιτίζει τοῦ νομοθέτου τὴν ἐπὶ τοῖς μέλλουσι πρόνοιαν. Συγχωρεῖται μὲν οὖν, ὡς εἴρημεν, τοῖς κτησαμένοις τὸ βαλάντιον καὶ ἡ

πήρα· ἢ, εἰ βούλει, προαναφωνεῖται τῆς ἐσομένης Ἀ πολιτείας τοῖς μὴ τὰ φθάσαντα συντηρήσασιν ὁ τρόπος· ἐναντίον δὲ τῆ ἐντολῆς, δι' ἧς οἱ τελειωθέντες τὴν ἀκτημοσύνην κατώρθωσαν, οὐδ' αὖτως ἂν τοῦτο συνοραθῆι. Ὅρᾳς πῶς ἐξ αὐτῆς τῆς λέξεως καθα- ρῶς ἡ λύσις προέρχεται, μὴδὲν ἐργῶδες μὴδὲ περι- νενοημένον παρέχουσα· « Ἄλλὰ νῦν, φησὶν, ὁ ἔχων βαλάντιον, ἀράτω ὁμοίως καὶ πήραν. »

ιβ'. Δύο τάξεις νῦν, ὃ καὶ ἐπὶ πάσης ἄλλης ἔστιν εὐρεῖν ἐντολῆς, συνορῶνται· οἱ μὲν κατορθοῦσιν, οἱ δὲ τὸ πρόσταγμα παραβαίνουσι· τοῖς μὲν κατορ- θωκόσι καὶ τῶν μειζόνων ὁ πόνος πιστεύεται, τοῖς δ' ἐρῆθυμηκόσι, οὐδὲν ἄλλο βάρος ἐπιτίθεται· ἄλ- λά καὶ συγχωρεῖται τὸ φθάσαν, ἵνα μὴ τὸ πᾶν ἐξ ἀπογνώσεως ἀπολέσῃσι. « Ἐδωκε τοῖς μαθηταῖς μὴ- δὲν κεκτῆσθαι· οὐδὲν αὐτοῖς τῶν ἀναγκαίων ἐπιτέ- λοιπεν, οὐ μικρὸν, οὐ μέγα· οὐχ εὖρον ἀφορμὴν οὐδεμίαν οὐδ' αἰτίαν πλάσαι παραβάσεως· καὶ μάρ- τυρες αὐτοὶ τοῦ μηδενὸς ἐν ἐνδείᾳ νομοφυλακούντες καταστῆναι. « Μή τινας γάρ, » φησὶν, « ὑστερήσατε; » οἱ δὲ· « Οὐδενός. » Ἐπεὶ οὖν ὁμοτίμως μὲν ἡ ἐντολὴ ἐδό- θη, ὁμοτίμως δὲ τὸ τῆς χρείας ἀφθονον ὑπῆρχεν· ἄλλ' οἱ μὲν, οὐ δέον συνεπιφέρειν, βαλάντιον εἶχον· οἱ δὲ τῆς ἐντολῆς ἦσαν· τοὺς μὲν ὑπεριδόντας τὸ πρόσταγμα, ἅμα μὲν ἐλέγχων, ἅμα δὲ ἀφιεῖς φέρεσθαι τῇ γνώμῃ, καὶ οὐ συγκαλεῖν εἰς βίαν· ἅμα δὲ εἰ βούλει καὶ προαναφωνῶν αὐτοῖς τῆς πολιτείας τὸ μέλλον, « Ὁ ἔχων, φησὶ, βαλάντιον, ἀράτω ὁμοίως καὶ πήραν. » Προανεκτῆρω γάρ ὁ παραδῶς οἷς ἐρ- θασε πράξας, καὶ τῆς ἐντολῆς ἀλογήσεως, ὅταν καὶ περὶ τοῦ συστοίχων τῆν ἐν τῷ μέλλοντι διάθεσιν δαί- ξει· τοῖς δὲ καθαρῶς ἀσπασμένοις τὸ πρόσταγμα, τῆς γνώμης αὐτῶν ἀποδεξάμενος τὸ στερεόν, καὶ τὸ κεφάλαιον τῶν κατορθωμάτων ἐν ἀγῶνι μοῖρα χα- ρίζεται καὶ πρὸς τὸ τῆς φιλοσοφίας ἄκρον οἷς εἰσ- ἀγει ἀναφέρει.

ιγ'. Διὸ φησὶ πρὸς ἑκατέρους τοῦ λόγου σχιζομένου· Νῦν δὲ ὅτε μάλιστα τὸ πάθος ἤκει τὸ ἐμὸν, καὶ ὁ καθ' ἑμῶν ἐπὶ μέγα κρατύνεται πόλεμος, καὶ πολλῶν ἔλεγχον δώσουσι λογισμοί· οἷς μὲν ὁ τῆς ἐντολῆς λό- γος οὐδ' οὕτω χαλσπὸς ὢν οὐκ ἐφυλάχθη, τοῦτοισι ἀκολουθήσει μετὰ τοῦ βαλαντίου καὶ ἡ περιποίησις τῆς πήρας· οἷς δ' ἀνωτέρω γενέσθαι τῆς ἀθετήσεως διεπονθήθη, οὗτοι καὶ τὸ τέλος οικεῖον τῶν προηγω- νισμένων ἐπιθήσουσι· καὶ τοὺς μὲν τῆς ἄκρας φι- λосоφίας, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τῆς ἀκτησίας κατενη- νεγμένους, ἡ τῶν πολλῶν μέρος καὶ ἡ φροντίς ὑποδέχεται· οἷς μετὰ τοῦ βαλαντίου καὶ ἡ πήρα, καὶ ὅσα ἂν τὸ εὐπερίστατον ἐπιτάτῃ τοῦ βίου, οὐ δια- λελεῖ δι' ὄχλου γινόμενα· τοῖς δὲ γε τρηθήσασιν ἐν σπουδῇ καὶ πόνοις τὸ ἀγώνισμα. Ἐπεὶ τοῦτο, φησὶν, ὁμῖν ὀρθῶς τε καὶ ἐπιμελῶς διαπέπρακται, καὶ τὸ τῆς ἀκτημοσύνης ἄθλον ὡσπερ ἀρραγῆ κρηπίδα τῶν μελλόντων ἀγῶνων ἐπήξατε, λείπεται δὲ παρεσκευ- ασμένοις ἐτι μάλλον καὶ ἐτοιμοῦς ὁμᾶς εἶναι νῦν ἢ πρότερον πρὸς τὸν ὑπὲρ ἐμοῦ θάνατον· ἤδη γάρ κἀγὼ τὸν ὑπὲρ τοῦ κόσμου ὑπέρχομαι. Εὐ δὲ ποιούν- τες προαπέθεσθε μὲν πάντα τὰ τοῦ βίου· οὐδὲν δ' ὁμῖν ἐπισύρεται τῶν μεθέλκειν δυναμένων ἀπὸ τοῦ μὴ

rum vitæ genus eorum, qui priora mandata minime observaverunt, prædicitur. Verum id profecto haud contrarium apparet mandato illi, qui perfecti discipuli obsequentes, paupertatem sedulo retinuerunt. Viden' ut ex ipsa locutione perspicue solutio fluat, sine ullo vel labore vel subtili excogitatione : « Nunc vero qui habet crumenam, sumat pariter et peram ! »

12. Duos hic hominum ordines (ut in alio quo- vis jusso deprehendere licet) videmus : alii scilicet mandatum curant, alii violant : recte agentibus majoris quoque molis labor conceditur ; socordi- bus nullum insuper pondus adjicitur, imo et illud prius remittitur, ne omnia desperatione pessum- dent. Mandavit discipulis nihil ut possiderent : nihil iis necessarium, sive id parvum esset sive magnum, defuit ; nullam occasionem causamve conflingere potuerunt, cur obedientiam abjicerent. Quin ipsi testati sunt nulla se egestate laboravisse dum ei præcepto obsequerentur. « Nunquid, » ait, « vobis defuit? » responderunt, « Nihil. » Quando- quidem igitur commune mandatum erat, communis quoque fuit victus copia. Verumtamen alii contra officium crumenam habuerunt, alii mandato ad- hæserunt. Quare mandati violatores simul repre- hendit, et simul suo quemque permittit arbitrio ferri, nullaque vi cogit. Simul autem, si ita placet, prædicens illis futuram ipsorum vitam : « Qui habet, ait, crumenam, sumat pariter et peram. » Nam qui antea deliquit, mandato contempto, is satis porten- dit qualem postero quoque tempore in re simili animum gesturus sit. Contra eorum, qui accurate rem imperatam fecerunt, constans ingenium pro- bans, summam quoque perfectionem in agonis par- tem largitur, eosque ad religiosæ vitæ culmen mon- itis suis subvehit.

13. Quamobrem ait utrique ordini, bipartito ser- mone : Nunc cum maxime passio mea appropin- quat, bellumque magnum contra vos ingravescit, multorum denique revelabuntur cogitationes. Et- enim illos, a quibus superior mandatum, licet non ita arduum, violatum fuit, eos, inquam, post crume- nam consequetur peræ quoque adjectio : contra illi, quibus curæ fuit ut ab inobedientia caverent, coronidem quoque idoneam prioribus actibus impo- nent. Hinc eos qui a sublimi philosophia ideoque etiam a paupertatis laude exciderunt, multarum rerum sollicitudo et cura excipiet : eosdemque præ- ter crumenam et peram, cætera etiam, quæ vitæ lautitia exigit, turmatim circumsistent. At vero illis qui sedulo et fortiter in proposito opere perse- veraverunt, quoniam hoc, inquit, recte et diligenter a vobis peractum certamen est, ac paupertatis la- borem ceu immobilem futurorum agonum colum- nam constituistis, superest ut nunc apprime mori pro me obeundæ parati sitis : nam et ego necem pro mundo mox subiturus sum. Bene autem est, quod antea mundana omnia abjecistis : nihil ut vos pelliciat eorum, quæ impedire possent, quomi-

nus lætahundi ad summam rei veniatis, nempe ad eadem mei causa patiendam. Pronum oppido vobis erit alacribus fieri, atque extremum amiculum tradere, et mei gratia mortem cum vita commutare. Id enim commodissime omnium prædicta verba significant, crumenam non habere, vestimenti venditio, gladius: veluti ne novissimo quidem amiculo perfectus paupertatis assecla parsurus sit, verum illud quoque cessurus, dum expeditur currit ad gladium. Hinc non ait *vendat aut emat*; sed *vendet et emet*: quibus, verbis neque legem neque jussum statuit; et tamen rem futuram ante denuntiat. Scilicet haud mando, inquit, ut hæc fiant, sed futuri præscius ante edico, fore ut præcepti custodia ad extremum quoque et insigne facinus viam vobis muniat: illa enim suadebit vobis, ut necem quoque mei causa libenter adire velitis, omni cura sæculari vacetis, nihil corporale sectemini, cuncta ad meum famulatum referatis. Quod autem haud alius rei gratia gladios memoret arcano Dominicus sermo, jamdiu parabolis uti solitus, nisi ut eos suæ ac discipulorum passionis symbolum faciat, manifeste enucleat in subsequentibus. Cum enim respondisset discipuli præsto esse gladios duos, nihil præterea ab his exquisivit, puta vel ut vestem dividere, vel an ii, quibus esset crumena, peram quoque sumpsissent, neque ad alias eos transtulit cogitationes; sed « Satis est, » ait: scilicet signis res quæ portenditur circumscripta est: atque hæc assequendo scopo sufficiunt. Totum quippe negotium gladii duo oculis subjiciunt, et quid sibi velit symbolum patefaciunt. Alter enim gladius Dominicæ passionis imago erat, alter Evangelii genuinorum et sine fuco discipulorum, qui cunctis infra Domini charitatem locatis, novissimum quoque amiculum exuunt, atque omni terrestri re, imo et ipsa natura, nudati, simul ac occasio athletas evocat, ad necem pro dilecto ovantes convolant.

14. Atque ita hæc etiam quæ in manibus est disputatio consonantiam dictionum demonstrat, haud eandem personarum differentia, quam divinæ Scripturæ locutio hic non patitur, sed consequentibus factis, et progrediente sermonis ordine symbolicam verborum significationem aperiens. Profecto licet non solum prædictis modis simulamentum pugnae cognoscere, sed aliis etiam multo iis, qui dicti sunt, pluribus, quorum expositio atque percensio, peculiaris cujusdam, non præsentis, tractationis est. Nihil tamen vetat quominus aliquot perstringamus, qui etiam nonnullis aliis dubitationibus suis, si quis rem tecum considerabit, responsionem suppeditabunt. Nam multa eorum, quæ minime inter se pugnant, si partim secundum œconomiam dicantur, partim secundum naturæ ordinem, tuque ea minime discernas, contradictionis fucum facient. Œconomia

A χαίροντας· ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ πάντων κεφάλαιον τὴν ὑπὲρ ἐμοῦ σφαγὴν· ἔψεται πάντως ὑμῖν προθύμους εἶναι, καὶ τὸ ἔσχατον ἀποδοῦναι περιδόλαιον, καὶ ἀλλάσθαι τῆς ζωῆς τὸν ὑπὲρ ἐμοῦ θάνατον. Τοῦτο γὰρ σημαίνει ἂν τῶν εἰρημένων πάντων εὐστοχότερον τὸ βαλάντιον μὴ ἔχειν, καὶ ἡ τοῦ ἱματίου πρᾶσις, καὶ ἡ μάχαιρα· ὡσάνει ἔταν περ οὐδὲ τοῦ ἔσχατου περιδολαίου ὁ τὴν τῆς ἀκτημοσύνης τελεσάμενος φέισεται, ἀλλὰ κακεῖνο δώσει χωρῶν εὐθύμως πρὸς μάχαιραν. Διὸ οὐ *πωλησάτω*, φησὶν, οὐδὲ *ἀγορασάτω*, ἀλλὰ *πωλήσει* καὶ *ἀγοράσει*· ἅμα μὲν οὐ νόμον, οὐδ' ἐπίταγμα τὰ βήματα ποιῶν, ἅμα δὲ καὶ τὸ μέλλον προαγορεύων· οἶον, Οὐκ ἐπιτάσσω, φησὶ, τοῦτο γένεσθαι, ἀλλ' εἰδὸς τὸ γενησόμενον προλέγω, ὡς ἡ τῆς ἐντολῆς φυλακὴ καὶ τὸ ἔσχατόν που καὶ

B μέγα ὑμῖν προὑπογράφει κατόρθωμα· ἐκεῖνη γὰρ πείσει καὶ τὸν ὑπὲρ ἐμοῦ θάνατον ἠδέως ἐλθεῖναι, τὸ πάσης ὑμᾶς βιωτικῆς ἐλευθέρους εἶναι μερίμνης, πρὸς τὸ μηδὲν ἐπιστρέφειν τῶν σωματικῶν, τὰ πάντα πρὸς τὴν ἐμὴν ἀναφέρειν θεραπείαν. Ὅτι δὲ οὐ μᾶλλον ἐτέρου τινὸς χάριν τὰς μάχαιρας ὅτ' ἀπ' ἀρχῆς προβλήματα φεγγόμενος ἀνιγματοζέτα: λόγος, ἢ σύμβολον αὐτὰς πεποιημένους τοῦ τε οἰκείου πάθους καὶ τῶν μαθητῶν, σαφῶς ἀναπτύσσεται τοῖς ἐφεξῆς. Ἀποκριναμένων γὰρ τῶν μαθητῶν ὡς μάχαιραι δύο εἰσιν, οὐθ' ἑτερόν τι προσαπήτησε παρ' αὐτῶν, οἶον ἱμάτιον πωλῆσαι, ἢ τοῖς ἔχουσι τὸ βαλάντιον, εἰ καὶ ἡ πῆρα προσεῖληπται, οὔτε πρὸς ἄλλην διάνοιαν μετεδίβασεν, ἀλλ' Ἰκανόν ἐστι, φησὶν· ἀντὶ τοῦ περιεγράφῃ τοῖς συμβόλοις τὸ μνησόμενον, καὶ ἀρκούντως

C ἔχει παραστήσαι ταῦτα τὴν σκοπὸν. Αἱ γὰρ δύο μάχαιραι τὴν χρεῖαν ὅλην ὑπογράφουσι, καὶ τοῦ συμβόλου τὸ βούλημα διαγγέλλουσι· καὶ γὰρ τούτων ἡ μὲν παραβολὴν ἐπέχευε τοῦ δεσποτικοῦ πάθους, ἡ δὲ τῶν γνησίων τε καὶ ὡς ἀληθῶς τοῦ λόγου μαθητῶν οἷς ἅπαντα αὐτὰς τὸ δεσπότην εὐνοίας ἀλλασσομένους καὶ αὐτῆ προσοδοῦεται ἡ τελευταία περιβολή· γυμνοὶ δὲ τῶν περιγεῖων, ἀλλὰ καὶ αὐτῆς τῆς φύσεως, χαίροντες ἔδραμον πρὸς τὴν, ὅταν ὁ καιρὸς ἐκάλει τοὺς ἀθλητάς, ὑπὲρ τοῦ ποθομένου σφαγῆν.

ἰδ'. Ἀλλὰ τοιαύτην μὲν καὶ ἡ νῦν τῶν ῥητῶν τὴν συμφωνίαν δεικνύσα θεωρία, τῇ μὲν τῶν προσώπων οὐ χρησαμένη διαφορᾷ, ὅτι μηδ' ἐπέτρπε τοῦτο τῆς ἱερᾶς Γραφῆς; ἡ φωνή, ὑπ' αὐτῶν δὲ τῶν ἐκδεθηκότων πραγμάτων καὶ τῆς καθ' εἰρμὸν προόδου τοῦ λόγου τὴν συμβολικὴν τῶν βημάτων σημασίαν ἀναπτύσσουσα. Ἔστι μὲν οὖν, ἔστιν οὐ κατὰ τοὺς εἰρημένους μόνον τρόπους τὴν φαντασίαν τῆς μάχης ἀπαντῶσαν λαθεῖν, ἀλλὰ καὶ κατ' ἄλλους πολλῶν τῶν εἰρημένων πλειοναζ, ὧν ἡ στοιχείωσις καὶ συγκεφαλαίωσις ἰδιαζούσης, ἀλλ' οὐχὶ τῆς νῦν ἐστὶν ὑποθέσεως. Πλὴν οὐδὲν κωλύει καὶ τινὰς αὐτῶν διελεθῆν, οἳ καὶ πρὸς ἄλλα τινὰ τῶν σῶν ἀπορημάτων τοῖς συνεπισκοποῦσι πόρον παρέχονται. Πολλὰ μὲν γὰρ τῶν οὐ μαχομένων, ἂν τὸ μὲν οἰκονομία λέγη, τὸ δὲ τῆς φύσεως τὸ ἀκόλουθον, οὐ δὲ μὴ διαστελλῆς, κλάνην ποιεῖ ἀντιθέσεως; οἰκονομία (10) δὲ λέγοι'

NOTÆ.

(10) De hoc sacro vocabulo multus est Suicerus in *Thesouro*, quem cum fructu adibis.

ἂν κυρίως μὲν ἡ τοῦ Λόγου φρικτικὴ ὑπὲρ ἐνοίας ἂν ανθρωπῆσις. Καὶ καθ' ἕτερον δὲ τρόπον τῶν ἀκριβέστερων νόμων ἢ ἐπὶ τινα χρόνον ὑποστολὴ ἢ σχολὴ ἢ τῶν ἀνειμένων εἰσφορὰ πρὸς τὴν τῶν δεχομένων ἀσθένειαν, διοικονομοῦντος τοῦ νομοθέτου τὸ πρόσταγμα. Προκύπτουσι δὲ τῆς πρώτης οἰκονομίας, οὐδὲ τῆς δευτέρας ἐχοῦσης τὸ ἀδικαίρετον, καὶ ἄλλοι τρόποι διάφοροι. Αὐτίκα ὁ Σωτὴρ ἡγωνία τε καὶ παρητέτο τὸν θάνατον, ἀλλὰ καὶ ἐξουσίαν εἶχε θείναι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ καὶ πάλιν λαβεῖν αὐτήν. Καὶ ὄρα ὡς, εἰ τις μὴ τὸ μὲν τῆς οἰκονομίας δοίη, τὰ δὲ τῆς ἐξουσίας τῆς θεϊκῆς, ἐκτυτὸν τοῖς ἐναντοῖς περιτρέψει. Καὶ τὸ γε νῦν τῆς οἰκονομίας ὄνομα φύεται μὲν, ὡσπερ εἴρηται, ἀπὸ γε τῆς δηλοῦσης τὴν ἐνανθρώπησιν, ἥτις καὶ κυρίως ἂν καὶ πρώτως οἰκονομία τῷ ἀξιώματι τε καὶ τῷ αἰτίῳ τῆς ἐξ αὐτῆς λέγοιτο· οὐ μὴν εἰς ἄνθρωπον συμφορεῖται· σχιζέται γὰρ εἰς δύο τῶς καὶ αὐτῆς· καὶ τὸ μὲν αὐτῆς ἐπὶ μᾶλλον, τὸ δὲ ἐπ' ἕλαττον τῷ σημανομένῳ συμβιδάσεται. Εἰ μὲν γὰρ τις τὴν ἀγωνίαν καὶ τὴν τοῦ θανάτου παραίτησιν καθ' ὃ γέγονεν ἄνθρωπος λαβεῖν ἰθελήσῃ, οἰκονομίαν ἐνταῦθα τὴν μᾶλλον προσφορομένην ἔξει τῷ προταχθέντι ῥήματι· εἰ δ' ἀγωνιᾶν καὶ παραιτεῖσθαι τὸν θάνατον, οὐκ αὐτὸ τοῦτο διότι γέγονεν ἄνθρωπος τις ὑπολάβοι (πολλοὶς γὰρ καὶ τῶν μαρτύρων καὶ ἀσκητῶν ἐκούσιος ἔρμη καὶ χαρὰ πρὸς τὸν θάνατον), ἀλλ' οἰκονομεῖσθαι νῦν τὴν ἀγωνίαν καὶ τὴν τοῦ θανάτου παραίτησιν εἰς βεβαίωσιν μὲν τῆς ἐνανθρωπήσεως, ἐλεγχον δὲ φθάνοντα τῶν ὑποθεμένων φαντασίαν τὸ φρικτὸν τῆς ἐνανθρωπήσεως καὶ παράδοξον, τὴν ἐπ' ἕλαττον οὕτως συναπτομένην τῆς οἰκονομίας φωνὴν πρὸς τὴν τῆς μάχης λύσιν εὔρεν ἐπίκουρον· πλὴν ἀλλ' οὐδὲν ἕλαττον ἐκατέρωθεν ἢ φαντασία τῆς μάχης ἐλαύνεται.

εἰς. Εἰσι δὲ καὶ παρὰ τούτοις οἰκονομίας διάφορα μὲν σημαίνοντα, τῆς αὐτῆς δ' ὅμως λαχόντα γενέσεως, πλὴν ἀλλὰ γε νῦν μυρία μὲν καὶ ἄλλα τῶν εἰς ἀπορίαν ἀναφερομένων, τῆς ἐπικρίσει τε καὶ διαλύσει τοῦ τὴν κυρίως οἰκονομίαν δηλοῦντος ὀνόματος ἢ λύσεις ἐκείθεν πρὸς τὸ σαφὲς ἄγει· ἐπιλύσεως δὲ οὐδὲν ἕλαττον διὰ ταύτης τύχοι ἂν ἢ δι' ἄλλης ἐφ' ὅδου καὶ τὸ, « Τί με ζητεῖτε ἀποκτεῖναι ἄνθρωπον ὃς τὴν ἀλήθειαν λελάληκα ὑμῖν ; » καὶ, « Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἔν ἐσμεν. » Συγκρούειν μὲν γὰρ ἀλλήλοισι δοκεῖ πως τοῖς ἀσυνέτοις ἢ ῥαδιουργοῦσι τὰ ῥητά· ἀλλ' ὃ γε σοφὸς τῆς ἀληθείας λόγος τὴν μὲν τῶν φωνῶν τῆς ἀκηράτω καὶ μακαρίᾳ τῆς θεϊότητος ὑποφέρων φάσει, τὴν δὲ καθ' ἣν αὐτὴν ὁ Λόγος τὴν ἡμετέραν οὐσίαν προσεληφεν, πᾶσαν διωθεῖται ἀμφισβήτησιν. Οὐκ ἀποστατήσσει δ' ἂν τοῦ εἰκότος καὶ εἰ τις τῆ αὐτῆς διαλύσει· ἂν ἐπισκέψῃ καὶ τὸ, « Ὁ Πατὴρ μου μείζων μου ἐστὶ ; » δεῖται μὲν γὰρ συνετῶν καὶ καθ' ἑαυτοῦ τοῦτο τὸ ἱερὸν χωρίον ἀπροσῆτων. Μᾶλλον δ' ἂν δεηθείη καὶ τῆς εἰρημένης φωνῆς ἥτις ἐδήλου τὴν ἰσότητά Πατρὸς, συνεξαταζομένης καὶ συμπαραβαλλομένης αὐτῆς· εἰ γὰρ καὶ ἐτέραις

A vero principaliter dicitur Verbi incarnatio supra omnem intelligentiam admirabilis. Rursus alio modo œconomia intelligitur severi juris ad certum tempus remissio atque justitium ; vel etiam immunium pensatio propter ægræs recipientium animos præstita ; sic videlicet legislatore mandatum suum moderante. Exsistunt autem e priore œconomia (neque posterior ipsa abhorret) alii quoque modi plures. Exempli causa, Servator in agonia positus mortem deprecabatur⁹. Atqui idem potestatem habebat deponendi animam, atque iterum sumendi eam⁹. Constat, nisi quis prius illud œconomiz ascribat, alterum vero divinæ potestati, ipsum se contradictionibus implicaturum. Et hoc loco quidem œconomiz nomine intelligitur, ut diximus. B incarnatio, quæ præcipue primitusque ob dignitatem suam et efficientiam merito dicitur œconomia. Neque tamen prædictum nomen in hac una notione consistit. Nam et ipsa notio interdum in duas scienditur ; quarum altera magis, altera minus cum re intellecta congruit. Nam si quis agoniam mortis quæ deprecationem quatenus homo erat intelligere volet, is œconomiam præposito nomine maxime dignam habebit : sin agoniam pati et mortem deprecari, haud a Christi humanitate repetet (propterea quod multi martyres pique athleteæ sponte atque alacriter ad necem properaverunt) ; verum idcirco positum esse in agonia Jesum et mortis fugam appetivisse iudicabit, ut humanitatis suæ fidem faceret, atque ut in antecessum eos refelleret, qui admirabile atque inopinum incarnationis opus phantasiz ascripturi erant ; qui, inquam, sic opinabitur, is œconomiz vocabulum secundario sensu ad repugnantiz conciliationem auxiliarium habebit : æque tamen utrinque simulata repugnantia expellitur. C

15. Sunt autem præter has aliz quoque et varia vocabuli œconomiz significationes, quæ tamen ab eadem origine manant. Denique alia innumera quæ ad dubitandum trahunt, iudicio et discretione nominis quod principaliter incarnationem significat, declarationem perspicuam consequuntur. Et hac quidem ratione, nihilo secius quam alia, solutionis compotes fieri licet. Veluti in hoc loco : « Cur me queritis interficere hominem qui veritatem locutus sum vobis¹⁰ ? » Tum : « Ego et Pater unum sumus¹¹. » Stultis oppido hominibus levique mente præditis contraria hæc dicta videntur : sed enim sapiens veritatis sermo alterum quidem dictum ad immortalem beatamque divinitatis naturam referens, alterum ad humanam cum Christus communem nobis substantiam sumpsit, universam profigat ambiguitatem. Neque a justa sententia recedet, si quis eodem consilio explicet etiam, « Pater major me est¹¹. » Nam cum sacer hic locus per se prudentes auditores postulat, tum multo etiam magis indiget, ut supradicta vox, quæ cum Patre æqualitatem significat, adjungatur huic juxtaque ponatur. Nam si aliis¹¹

⁹ Iuc. xii, 43. ¹⁰ Joan. x, 18. ¹¹ Joan. viii, 40.

quoque patris notionibus simulata ipsorum pugna concordiam exhibet; veluti quia vocabulum *major* ad causam refertur; unum autem naturæ æqualitatem significat; sequitur ut œconomiz quoque sermo, qui in se recipit vocem *major*, liberam errore comprobet per vocem unum Patris cum Filio æqualitatem. Porro nihil prohibet quominus ii sermones qui adhærente sibi contentione laborant, diversis hanc propulsent argumentis. Et quidem hoc ipsum, de quo nunc agimus, « Pater major me est, » aliis a me rationibus, quæ mentem auditorum pervicerunt, omni dubitatione expeditum fuit, cum probabili ut arbitror solutione.

16. Præter hactenus dicta, et præter necessitatem et immunitatem, ii qui difficultatem calumniose sermones clamitant, auctorem suorum sycophantiam coarguunt. Quare et communis Dominus et Creator generis atque Servator Davidem, qui panes oblationis comedit, de læso jure absolvit. Nam utpote legislator, naturam legis vimque cognoscens, et quibus actibus moderandis lex sit posita probe sciens, injurios equidem et qui per contemptum peccant, pœna dignos sæpe declaravit: verumtamen iis quibus amor et reverentia legum inest, sed necessitas cum infirmitate conjuncta amorem reverentiamque labefactat, veniam mollitudinis impertitur, neque in hos sine misericordiæ affectibus sententiam fert. Sicuti beatum quoque Davidem de læsis legibus absolvit; iis qui panes abstulerant haud audacem legum contemptum exprobrans; sed quia naturæ robor non satis mentis proposito respondebat, id eis in defensionis loco ponens, absolutionem decernit clemens Jesus. Et aliæ quidem controversiæ multæ ad liquidum hac ratione deducuntur.

17. Cæteras autem circumstantias recensere quid interest? Nam et ipse per se lectionis modus, si cuique sententiæ proprium vocis sonum accommodet, aditum omni dubitationi obstruit: sin apta vocis ratio a significato suo demutetur, res perspicua in obscuram vertitur. « Ego vos elegi, » ait Servator discipulis¹⁴. Itemque, « Non (13) ego elegi vos¹⁵? » Si quis igitur utramque ex his periodis eodem vocis tone figuret; vel vice versa priorem interrogative, alteram ita efferat ut priorem oporteret, rem manifestam ad perplexitatem trahet, et ea quæ nulli criminationi obnoxia erant, in culpa ponet. Nam qui elegerat, cum electionis suæ conscius esset, atque hanc discipulis in mentem revocaret, ne antiquum scilicet benevolentiz erga se debitum oblivionis fluctibus abriperetur, atque ut eos promptio-

¹⁴ Marc. ii, 25. ¹⁵ Joan. xv, 16. ¹⁶ Joan. vi, 71.

NOTÆ.

(11) De vocabulo αἰτιον, de aliis Dei Patris nominibus et de toto hoc loco theologico legis præclaras SS. Patrum auctoritates apud Petavium, *Theol. dog. de Trin.* v, 5.

(12) Antiqua scilicet Græcorum scripturæ carebat

Α πατρικαῖς ἐπιστasiais ἢ ἐν αὐταῖς φαινόμενη μάχη τὴν συμφωνίαν προήνεγκεν, οἷον δεῖ τὸ μὲν μείζων εἰς τὸ αἰτιον (11) ἀναφέρεται, τὸ δὲ ἐρμηνύει τῆς φύσεως τὴν ἰσότητα, ἀλλ' οὖν καὶ ὁ τῆς οἰκονομίας λόγος εἰς αὐτὸν τὸ μείζων ἀναδεχόμενος, ἐλευθέραν ἐπιρραίας τὴν τοῦ Πατρὸς πρὸς τὸν Υἱὸν διὰ τοῦ ἀνδρὸς συγκατασκευάζει ἰσότητα. Οὐδὲν δὲ κωλύει τοὺς τὴν ἔριν ἐπιτεθεμένῃν αὐτοῖς ὑποφέροντας λόγους διαφόροις ἀποσκευάζεσθαι ταύτην ἐφ' ὁδοῖς· ἐπεὶ καὶ ὅπερ νῦν εἰρηται, « Ὁ Πατὴρ μου μείζων μου ἐστίν, » ἑτέρας παρ' ἡμῶν ἰπισκέψουσιν, αἱ τὴν τῶν ἀκρατῶν ὑπὸ πλησιν ὅπερ [ρε]βάλοντο, τῆς ἀπορίας ἀνεκαθάρθη, οὐ μεμπτήν, οἶμαι, τὴν λύσειν ἀνεγκάμενον.

17. Χωρὶς δὲ τῶν εἰρημένων καὶ παρὰ τὴν ἀνάγκη καὶ τὴν ἀδυσίαν, οἱ εἰς τὸ ἀπορον ἐπιρραζόμενοι λόγοι συκοφάντας τοὺς ἐπιτεθεμένους αὐτοῖς ἀπελέγχουσιν. Ἐξ οὗ καὶ ὁ κοινὸς Δεσπότης καὶ πλάστης τοῦ γένους καὶ Σωτὴρ τὸν Δαβὶδ τοὺς ἄρτους φαγόντα τῆς προθέσεως, νόμων ἀφίησιν ἀθετήσεως. Ὡς γὰρ θέμενος, καὶ εἰδὼς τὴν τε φύσιν καὶ ἰσχὺν τοῦ νόμου, καὶ ὧν ὁ νόμος τὴν πολιτείαν ἐτάθη βυθιζέειν, τοὺς μὲν ὕβριστάς, καὶ οἷς ὑπεροψία κοιλίαι τὴν παράδοσιν δικαιοῖ τὴν δίκην ἐν ἄλλοις πολλαῖς ὑπέχειν· οἷς δὲ στοργὴ μὲν καὶ ἀδῶς τῶν νόμων, ἀνάγκη δὲ τὴν στοργὴν καὶ τὸ αἰδοῦμενον διὰ τῆς ἀσθενείας ἐκλύει, συγγνώμην διδοὺς τῇ ἀτονίᾳ καὶ σπλάγγχοις ἐλέους τούτους ἀνακρίνων. Καθάπερ δὲ καὶ τὸν Δαβὶδ νόμων παραβάσεως ἀπολύει, τοῖς ἐνεγκαμένοις οὐχ ὑπεροψίαν ἐγκαλῶν τολμησαι τῶν νόμων, τῆς δ' ἐν τῇ φύσει βίωμης οὐ συμπαρατεινομένης τῇ γνώμῃ καὶ τοῦτο λόγον αὐτοῖς τιθέμενος ὁ φιλόανθρωπος γράφει τὴν ἐλευθερίαν. Καὶ πολλὰ ἄλλα τῶν ἀπορουμένων εἰς τὸ εὐπορον διὰ τῆς αὐτῆς ἐπιβολῆς μεθ' οὐδεύεται.

17. Τί δὲ δεῖ τὰς ἄλλας ἐπεξεῖναι περιστάσεις; Αὐτὸς καθ' αὐτὸν ὁ τῆς ἀναγνώσεως τρόπος οἰκτιρῶς μὲν τοῖς νοήματι τῆς φωνῆς τὸν ἦχον ἀναρμοζόμενος, πάσης ἀπορίας ἀποτεινίζει πάρεθον· ἀπαλατομένης δὲ τῆς καταλλήλου φωνῆς τῶν νοήματι, εἰς τὸ ἀδιανόητον τὸ σαφὲς καταδύεται· « Ἐγὼ, φησὶν, ἐξελεξάμην ὑμᾶς, » πρὸς τοὺς μαθητάς ὁ Σωτὴρ· καὶ, « Οὐκ ἐγὼ ἐξελεξάμην ὑμᾶς (12); » Ἐἰ τις οὖν ἐκείραν τῶν προκειμένων περίοδον τῶν αὐτῶν τῆς φωνῆς κατασχηματίσειε τόνῃ, ἢ τὸ ἀνάκαλιν τὴν μὲν προτέραν ἐν ἐρωτῆσει, τὴν δὲ δευτέραν ἔπερ ἦν τῆς προτέρας ἀποφηνάμενος προενέγκοι, τὰ σαφῆ ποιήσει δυστέκμαρτα, καὶ τὰ λαβῆς ἀπάσης ὑπερανέστηκα ἐπιμύωσα. Ὁ γὰρ ἐκλεξάμενος, εἰδὼς τε ὡς ἐξελέξατο, καὶ τοῖς μαθηταῖς τὴν ἐκλογὴν ἐπὶ μνήμης φέρων, ὡς ἂν τὸ τε ἀρχαῖον χρέος τῆς εἰς ἀ-

nota illa interrogandi, qua nunc perspicuitatis gratia utimur. Reapse vix in codicibus recentissimis prædicta nota conspicitur.

(13) Si nonne Latine dicas, vim sententiæ Photianæ infringens.

τὸν εὐνοίας μὴ βεῦματι λήθης ὑποσύροιο, καὶ πει-
 θηλῶς μᾶλλον τοῖς προστατομένοις ἔχοι, δῆλον ὡς
 οὐκ ἀπαγορεύων οὐδ' ἐξαρονούμενος ὅπερ ἔπραξε,
 ἀλλ' ἐπιβεβαιούμενος μᾶλλον δι' αὐτῆς ἐρωτήσεω·
 « Οὐκ ἐγὼ, φησὶν, ἐξελεξάμην ὑμᾶς ; » Εἰωθε γὰρ ἐν
 πολλοῖς ὁ λόγος ἐκεῖνα τῶν εὐεργετημάτων ἐρωτή-
 ματα ποιεῖν, ἃ περιφανεστάτην ἔχει τὴν ἐνάργειαν,
 καὶ οὐκ ἔστιν οὐδενὶ τῶν λαθόντων ἐξαρνεῖσθαι τὴν
 χάριν. Ὑπάγοιτο δ' ἂν τῷ αὐτῷ κανόνι καὶ τὸ,
 « Ἐάν ἐγὼ περὶ ἑμαυτοῦ μαρτυρῶ, ἡ μαρτυρία μου
 ἀληθής ἐστι. » Καὶ, « Ἐάν ἐγὼ περὶ ἑμαυτοῦ μαρ-
 τυρῶ, ἡ μαρτυρία μου οὐκ ἔστιν ἀληθής ; » Εἰ γὰρ
 καὶ ἑτέρα διασκέψει τὸ δοκοῦν ἐνταῦθα διαμάχεσθαι
 λόγοις εὐρίσκει (14), ἀλλ' οὐν οὐδεὶς ἂν ἐπιτιμήσειεν
 ἑβῶν πρὸς τὴν δίεην, καὶ εἰ τις μὴ ἀποφαινομένου
 λέγοι τὸ, Ἡ μαρτυρία μου οὐκ ἀληθής, ἀλλὰ διὰ τῆς
 ἐρωτήσεως ἀπογυμνοῦντός τε καὶ ἀνακαλύπτοντος
 τὴν τοῖς Ἰουδαίοις ἐμβαθυνομένην καὶ ἀνελιττομέ-
 νην τῆς ἀποστασίας τε καὶ κακουργίας γνώμην. Εἰ
 μὲνοιγέ τις τὰς ἀποφάσεις ἐν ὁμοίῳ σχήματι τῶν
 καταφάσεων τῇ ἀναγνώσει διεξίτοι, μάχης ὡς ἀληθῶς
 ἑαυτὸν καὶ ταράχου ἐμπλήσει, κἀν τῆς θεωρημοσύνης
 τὸ θαυμάσιον πάσης ἐπιβουλῆς καὶ ἐναντιώσεως ὑπερ-
 αψικισμένον ὁράται. Τῆς αὐτῆς δ' ἂν εἴη διασκέ-
 ψεως καὶ ἡ, « Μείζων Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ οὐκ
 ἐγήγεραται ἐν τοῖς γεννητοῖς τῶν γυναικῶν, » Δε-
 σποτικὴ μαρτυρία· εἶτα, « Ὁ δὲ μικρότερος ἐν τῇ
 βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, μείζων αὐτοῦ ἐστι. » ἐρωτη-
 ματικῆς γὰρ ἀναγινωσκομένης τῆς, « Ὁ δὲ μικρότερος
 ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, μείζων αὐτοῦ ἐστι ; » φω-
 νῆς, οὐδεμία δὲ μικρολογίας εὐρίσκειται χώρα, οὐ μὴν
 ἀλλ' οὐδὲ περινοίας ἄλλης δεήσεται ἡ τῶν προκειμέ-
 νων ῥημάτων σαφήνεια. Ἀλλὰ γὰρ τοῦτο μὲν καὶ ἰδίας
 ἐν ἄλλοις ἔτυχεν ἐργασίας (15). Τοιοῦτον ἂν εἴη καὶ
 τὸ, « Καθεύδετε (16) τὸ λοιπὸν καὶ ἀναπαύσεθε ; οὐ
 γὰρ ἀποφαινομένου τὸ ῥῆμα, ἐν ἐρωτήσει δὲ ποιου-
 μένου τὴν τῆς ὀλιγωρίας ἐπιτίμησιν· οἷς ἐπιφέρεται
 ἀκόλουθόν τε καὶ συναρμοζόμενον τὸ, « Ἐγείρεσθε,
 ἄγωμεν ἐνταῦθεν. » Οὐ γὰρ ἂν ἄλλως ἐτοιμότερον
 ἡ τῶν ῥημάτων συνέπαια ἐλευθεροῦσαν ὑπέλθοι ψήφον
 τοῦ μηδὲν μάχεσθαι, εἰ μὴ τὸ, « Καθεύδετε τὸ λοι-
 πὸν καὶ ἀναπαύσεθε, » τὴν ἐρωτηματικὴν διὰ τῆς
 ἄλλας.

17. Κακουργήσεις δ' ἂν τις τῶν τὰ τοιαῦτα τολ-
 μῶν εἰωθῶτων παρὰ τὴν σύγχυσιν τῆς αἰτίας τὸ κακ-
 οῦργημα διαπλέκων, καὶ πρὸς τὸ, « Ἐάν τις σε
 βλάψῃ εἰς τὴν δεξιὰν σιαγόνα, στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν
 ἄλλην, » τὴν ἀντεπενεχθεῖσαν τῷ τυπήσαντι Δεσπο-
 τικῆν φωνήν, « Τί με δέρεις ; » ὡς ἀντιπράττουσαν
 προβαλλόμενος (17)· ἀλλ' εἰς τὸ ἐμφανέστατον

A res mandatis curandis faceret ; hunc patet neque
 retractare quod egerat neque negare, sed ipsa po-
 tius confirmare interrogatione : Non ego, inquit,
 elegi vos ? Solemus enim in sermone ea beneficia
 interrogando commemorare, quæ indubitam evi-
 dentiam habent, et quorum nemini bene his ad-
 ferto licet gratiam inficiari. Sub eadem regulam
 cadit etiam illud : « Si ego mihi ipsi testimonium
 do, testimonium meum verax est ¹⁶. » Item, « Si ego
 mihi ipsi testimonium do, testimonium meum non
 est verax ¹⁷ ? » Quanquam enim alia quoque con-
 sideratione quod hic videtur pugnare dirimitur,
 nemo tamen objurgabit dicamve impinget, si quis
 dicat non esse hoc negativum, Testimonium meum
 non est verax ; sed ejus qui retegat denudatque in-
 situm Judæis atque implicitum apostasiæ et impro-
 bitatis ingenium. Si quis igitur affirmationes eodem
 tenore quo negationes inter legendum pronuntiet,
 is enimvero pugna seipsum ac perturbatione com-
 plebit ; etiamsi divini oraculi dignitas incursioni
 omni et contrarietati superior esse videatur. Illud
 etiam pari cautela tractandum est Dominicum te-
 stimonium : « Major Joanne Baptista inter filios mu-
 lierum nemo surrexit. » Deinde : « Qui autem mini-
 mus est in regno cælorum, hic major illo est ¹⁸.
 Interrogative enim prolata voce. Minimus autem in
 regno cælorum major illo est ? neque prædictum
 testimonium perimitur, neque ullus cavillando lo-
 cus superest. Quin adeo nulla præterea solertia
 opus erit ut supra dicta verba inclarescant. Sed
 enim hic locus alibi quoque peculiarem nactus est
 lucubrationem. Hujusmodi erit etiam : « Dormitis
 jam et requiescitis ¹⁹ ? » non enim pronuntiativa lo-
 cutio est, sed ejus qui interrogando socordiam ob-
 jurgat. Cui sermoni subtexitur consecutaneus alius
 et congruus : « Surgite, eamus hinc ²⁰. » Neque enim
 promptius aliter sermonis series ab omni contra-
 dictione felici calculo liberabitur, quam si « Dormi-
 tis jam et requiescitis » interrogativam in legendo
 præ se ferat incroptionem. Ejus generis innumera
 sunt.

ἀναγνώσεως προβάλλοιτο ἐπιτίμησιν· καὶ μὴ εἰς
 D 18. Maligne aliquis eorum, quibus hæc artificia
 familiaria sunt, versutiam suam cum causæ pertur-
 batione miscebit, dum ei locutioni, « Siquis te
 percusserit in dextra gena, præbe illi et alteram ²¹ ; »
 opponet Christi responsum, qui percussori ait,
 « Cur me cædis ²² ? » Verum ubi perspicue patefac-
 tum fuerit causam rei esse aliam, criminatio illico

¹⁶ Joan. viii, 14. ¹⁷ Joan. v, 31. ¹⁸ Matth. xi, 11. ¹⁹ Matth. xxvi, 45. ²⁰ Joan. xiv, 31.
²¹ Matth. v, 30. ²² Joan. xviii, 23.

NOTÆ.

(14) In amphiloichiana quæstione 98.

(15) Lege quæstionem amph. 122 (nunc 309) apud
 Wolfium, et in epistola Photii 180. (nunc q. 98).

(16) Terminatio τε indicativi æque modi et imper-
 rativi apud Græcos propria est. Verumtamen in Lati-
 na lingua huic ambiguitati locus non est : quare

in vulgato Bibliorum nostrorum textu interrogare
 non licet.

(17) Quæstionem hanc aliis verbis versat Pho-
 tius etiam in Amphiloichiana 157 (nunc 135), quam
 Wolfius edidit.

A vesania quidquam remittebant. Eadem videretur significatio dictionis : « Respondens Jesus dixit illis : [Amen, amen dico vobis, si fidem habueritis neque hæsiteritis, non solum ficus prodigium patrabilis ; verum etiam si huic forte monti dixeritis, Commigra in mare, commigrabit¹⁰. » Nam quod attinet ad naturalem sermonis contextum, verbum sane respondens referretur ad mentis arcuam cogitationem, nisi divus Marcus, qui locum hunc explicatius edisserit, verbi significatum ad sermonis prævii admissionem exprimentam traduceret. Etenim cum dixisset : « Recordatusque Petrus, ait illi : Magister, en ficus cui male precatus es exaruit ; » facit Jesum sermoni huic occurrentem sic : « Habetote Dei fidem. Amen quippe dico vobis, qui huic monti dixerit, Tollere hinc et in mare projicitor, si modo in corde suo non dubitet, sed id fore, quod ait, credat, fiet ei secundum suam locutionem¹¹. »

6. Quod si aliquando Scripturæ særæ eadem pericope non ad unius e prædictis modis exemplum sumitur, verum et ad initium et ad admissionem sermonis trahi potest, fortasse etiam ad redundantiam ; non idcirco tamen significationum numerus ætior fiet, sed quantitatem suam conservabit. Nam ne numero quidquam detrahatur, sufficit (etiamsi aliquot exempla sint quæ non ad unum, sed ad varios significatus referri queant), sufficit, inquam, si quod in his omnibus exemplum existat, quod unius rei significatum sibi vindicet. Non enim quia nonnullarum vocum variæ significationes invicem incurrunt, idcirco perimitur harum numerus : nam neque ideo quia congruunt, sed quia differunt, characterem accipiunt. Ergo cujusque differentia spectanda est, et sua cuique species servanda : non autem idcirco quia alicubi congruunt, diversitas abolenda.

7. Sed enim variæ significationes, ut sermo meus hactenus ostendit, non ex uno respondit verbo gignuntur ; verum etiam verbum rogavit¹² quorum saltem significatum nostris in Scripturis sententiam tuetur ; quorum aliter profanis quoque auctoribus familiaris est, responsionemque elicere solet ; alter vero a prædicto vehementer differt, denotat enim precatus est et postulavit. Atque hic significatus haud minus altero in divinis oraculis frequens occurrit. Nam « rogabat eleemosynam ; » et « Rogaverunt eum, Magister, manduca¹³ ; » et ; « Rogo te, habe me excusatum¹⁴ ; » et : « Rogabat eum quidam Pharisæus, ut secum cibum caperet¹⁵ ; » et in pluribus aliis locis verbo huic notionem precandi subesse neminem latet. Imo vero rogavit sumitur etiam pro imperavit, in mandatis dedit, edixit. « Conscensa, ait Scriptura, Jesus Simonis navicula, rogavit eum ut a terra paulum subduceret¹⁶. » Etenim id verbum haud hic responsionem

¹⁰ Matth. xxi, 21. ¹¹ Marc. xi, 21. ¹² Act. iii, 3. ¹³ Luc. xv, 4.

poscit; neque oravit significat; sed mandati A
natusque vice fungitur. Idque maxime ex iis, quæ
hanc locutionem præcedunt et quæ subsequuntur,
cognoscitur: non solum quia, dum magistrali
sermone uteretur, dumque populum avide audien-
tem haberet, sibique ut doctori honores debitos
exhibentem, par erat Servatorem cum dignitate
loqui; sed quia et paulo post, dum simili actione
uti Petrum juberet Jesus, pro *rogavit*, evangelista
ponit simili vi *dixit*. Etenim « *Dixit*, ait, Simoni:
Reduc in altum, atque in prædam retia vestra
demittite¹⁷. » Scilicet utrumque verbum *rogavit* et
dixit imperativam vim habent. Sed quæ summatim
hactenus dixi satis videntur necessitati tuæ facere.
Profecto enim te non latebit, dictorum huc usque
memorem, quis quibusnam sacræ Scripturæ locis
significatus verbi *respondit* idoneus futurus sit.
Cætera autem vocabula, quorum varia significatione
sacræ Litteræ utuntur, partim jam oratione mea
comprehensa fuerunt, partim vero, divina nos cle-
mentia mitius respiciente, mox fortasse expo-
nentur.

QUÆSTIO XXII [al. XXI].

Quare non priusquam statueret Joseph Mariam
dimittere, astitit angelus hanc curam præveniens
ei tollens; sed nonnisi cum a cura ad actum trans-
iit, tum prohibiturus supervenit? Et quare Vir-
ginem Josephi mulierem dicit?

Edita a Malo, *Nov. Coll.*, t. IX, p. 21-24. Enarratio in Matthæum I, 18-20.

De proposita quæstione et beatorum Patrum C
nostrorum non pauci disseruerunt; et scio quos-
dam ex iis dixisse tunc temporis angelum asti-
tisæ et a proposito illum removisse, ne fide careret
cum annuntiaret Virginem concipere, sed in utero
gestatum gestationis testem ut haberet. Forsan et
alii tales quasdam attulerunt rationes præ attrahente
divinæ sapientiæ motu. Mihi autem videtur et dic-
torum et factorum unumquodque propriam vim
habere, quando proprium expectat tempus; quod
enim non est opportunum, solet, ut plerumque,
efficaciæ vim frangere. Quando igitur in consilio-
rum inopiam decidit Joseph, tunc astitit angelus
sensuum contentioni finem impositurus. Quando
enim in incerto fuerit, et contrariis consiliorum
ventis fluctuarit, agendi cura manifestum fecit: D
« *Volebat enim, inquit, secreto eam dimittere;* »
non autem secreto aut quovis modo id sta-
tuisset, si spuria sobole tumescere uterum per-
suasum habuisset; sed contra cum justus esset et
amans, et legis transgressionem magis quam qui
maxime odisset, legum vindicationi matrimonii fur-
tum omnem in ipsum ortam suspicionem solvens
prodidisset, suam autem excellentem justitiam ser-
vasset: sed minime hoc persuasum habebat, ut
patet. Multa enim pignora præbebat Virgo quæ ta-
lem illius suspicionem avertere valebant: vitæ ac-
curatam diligentiam, studiorum sanctimoniam, dis-

παρεκάλειεν ἐνταῦθα σημαίνει, ἀλλ' ἐπιτάγματος
καὶ ἐντολῆς προβάλλεται χρεῖαν· καὶ τοῦτο μάλιστα
τότε ἠγούμενον τοῦ λόγου καὶ τὸ ἐπαγόμενον παρ-
ιστᾷ· οὐχ ὅτι μόνον διδασκαλικῶ λόγῳ χρώμενος,
καὶ τὸν ὄχλον ἔχων ἡδέως προσέχοντα, καὶ τὴν προσ-
ήκουσαν διδασκαλίῳ τιμὴν νέμοντα, τοὺς λόγους ὁ
Σωτὴρ μετ' ἐξουσίας ἐποιεῖτο, ἀλλ' ὅτι καὶ μετ' ὀλί-
γον παρὰ πλησίῳ πράξει χρῆσθαι τὸν Σίμωνα κε-
λεύοντος τοῦ Ἰησοῦ, ἀντὶ τοῦ ἠρώτησεν ὁ εὐαγγε-
λιστῆς τὸ εἶπε τῆς ὁμοίας χρεῖας προτάττει· « *Εἶπα*
γάρ, φησὶ, πρὸς τὸν Σίμωνα, Ἐπανάγαγε πρὸς τὸ
βάθος, καὶ χαλάσατε τὰ δίκτυα ὑμῶν εἰς ἄβυσσον·
προστακτικὴν γὰρ ἄμφω δύναμιν ἔχει. Ἀλλὰ ταῦτα
μὲν ὡς ἐν κεφαλαίῳ καὶ τὴν σὴν οἶμαι χρεῖαν ἰκανὰ
πληρῶσαι· οὐ γὰρ ἂν σε λήσεται μνημὴν ἔχοντα
τῶν εἰρημένων, ποίας τῶν ἱερῶν λογίων περιόδοις
εἶνα τῶν τοῦ ἀπεκρίθη σημαυνομένων ἐφαρμοσθεῖν·
τῶν δ' ἄλλων ῥημάτων οἷς τὰ ἱερὰ γράμματα ἐπὶ
διαφόρων πραγμάτων ἐχρήσατο, τὰ μὲν ἦδη λόγῳ
περιελήφθηται, τὰ δὲ τῆς θείας φιλανθρωπίας εὐμενέ-
στερον εἰς ἡμᾶς ὁρώσης τάχα ἂν ὑποβλήθῃσεται.

ἜΡΩΤΗΣΙΣ ΚΒ'.

Τί δήποτε πρὶν διανοηθῆναι τὸν Ἰωσήφ ἀπο-
λύσαι τὴν Μαρίαν, μὴ ἐπέστη ὁ ἄγγελος αὐ-
τῆν προαναπέλλων τὴν μελέτην, ἀλλ' ὅτε
πρὸς τὴν πρᾶξιν ἀπὸ τῆς μελέτης κατέβη, τότε
κωλύσων ἐφίσταται; καὶ διὰ τί τὴν Παρθένον,
γυναῖκα λέγει τοῦ Ἰωσήφ;

Περὶ τοῦ προκειμένου ζητήματος καὶ τῶν μαχε-
ρίων ἡμῶν Πατέρων οὐκ ὀλίγοι διέλαβον· καὶ οἶδα
τινάς αὐτῶν εἰπόντας, διὰ τοῦτο τηνικαῦτα τὸν ἄγγε-
λον ἐπιστῆναι καὶ τῆς ὁρμῆς τὸν δίκαιον ἐπισχεῖν,
ἵνα μὴ δεθῆ ἰστέως ἐτέρας κύειν ἐπαγγέλλων τὴν
Παρθένον, ἀλλ' ἔχη τὸ κυοφορούμενον μάρτυρα τῆς
κυοφορίας. Τάχα δ' ἂν καὶ ἕτεροι τοιαύτας τινάς
ἀπέδοσαν αἰτίας καθόσον εἰκασε τῆς ἀνωθεν σοφίας.
Ἔμοι δὲ δοκεῖ τῶν λεγομένων τε καὶ πραττομένων
τότε τὴν οἰκείαν ἰσχὺν ἕκαστον παρέχειν, ὅτε τὸν
οἰκτεῖον καιρὸν ἀναμένει· τὸ γὰρ ἄκαιρον περιθραύειν
εἰωθεν ὡς τὰ πολλὰ τῆς ἐνεργείας τὴν δύναμιν· ὅτε
οὖν εἰς ἀπορίαν λογισμῶν κατέστη ὁ Ἰωσήφ, τότε
τὴν ἔριν ὁ ἄγγελος ἐπέστη λύων τῶν λογισμῶν. Ὅτε
δὲ διεπορεύτο καὶ ταῖς τῶν διαβουλιῶν ἀντιπνοαῖς
ἐκυμαίνετο, δῆλον ἦ μελέτη τῆς πράξεως ποιεῖ·
« *Ἐβουλήθη γὰρ, φησὶ, λάθρα ἀπολύσαι αὐτήν·* » οὐκ
ἂν οὔτε λάθρα δηλονότι οὔτε ὄλως ἐκπέμψαι βουλη-
θεις, εἰ νόθου γονῆς τὸν ὄγκον ἐπέπειστο τῆς γαστροῦ·
ἀλλὰ τούναντίον δίκαιος ὢν καὶ ἐρατῆς καὶ παρα-
νομιαν εἰς ἄλλος μισῶν, νόμῳ ἂν καὶ τιμωρίᾳ τοῦ
γάμου τὴν κλοπὴν, λύων τε πᾶσαν ὑπόνοιαν εἰς
αὐτὸν ἀναφουομένην πονηρὰν, καὶ τοῦ δικαίου τὴν
προστασίαν οὐ προδίδου· ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὐ μνησθῆναι
οὐδόλως ἐπέπειστο· πολλὰς γὰρ ἡ Παρθένος τὰς
πίστεις, αἱ τὴν τοιαύτην αὐτοῦ ὑπόληψιν ἀφήρουν
παρεῖχε, τὴν ἀκριθείαν τοῦ βίου, τῆς ἀναστροφῆς
τὴν σεμνότητα, τὸ καθαρὸν τῆς διαίτης, καὶ πρὸ

¹⁷ Luc. v, 4.

φούτων τὸ ἐκ λαμπροῦ γένους προελθεῖν (βασιλικῆς γὰρ καὶ ἱερατικῆς κατήγετο φυλῆς), τὴν ἐν ἱερῷ τῆς πρώτης ἡλικίας ἀνέρωσιν· ταῦτα καὶ τούτων πλείονα μακρὰν ὑπονοίας οὐχὶ τῆς ὁρώσης εἰς εὐθύνας, ἀλλ' οὐδὲ τῆς τὸ ἀπερπεῖς εὐλαβουμένης τὸν πρεσβύτεν ἔποιει· οὐδὲ ἐκεῖνο δὲ πάλιν ἤδει τὴν κύησιν τῆς θείας ἐνεργείας εἶναι· ὑπὲρ ἔννοιαν γὰρ ἀνθρωπίνην καὶ λόγον ἅπαντα τῆς περὶ ἡμᾶς Θεοῦ κηδεμονίας τὸ ἔργον ὑπῆρχε. Διόπερ τοὺς λογισμοὺς ἐνοχλούμενος, οὐκ εἶχε συνορᾶν ἕπερ ἀνδιαπραξάμενος τὴν τε τοῦ δικαίου μὴ καθυβρίση κλῆσιν, καὶ Θεῷ συνδιδασκῶν τὸ εὐάρεστον ὀφθαίη.

Ὅτε τοίνυν ἐν τοῖς τοιούτοις διεκλονεῖτο, καὶ ἡ πρὸς θάτερον ῥοπή τῆς ἀνθρωπίνης κρίσεως αὐτὸν ἐπελαλοῖται, τότε λῖαν ἀρμόδιως καὶ κατὰ καιρὸν ὁ ἔγγελος ἤκε στηρίζων αὐτοῦ τὴν κεινημένην διάνοιαν, ἐφ' οὗπερ ἔδει μένειν ἀκλόνητον, καὶ φησιν· « Ἰωσήφ υἱὸς Δαβὶδ, μὴ φοβηθῆς παραλαβεῖν Μαριάμ τὴν γυναῖκά σου· τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν, ἐκ Πνεύματος ἐστὶν ἁγίου· τέξεται δὲ υἱόν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν· » μηκέτι, φησὶν, τῆς ἀμηχανίας ἔσο, μηδέ σε δόξαι μαχόμεναι διαπορεῖν ἀναπειθέτωσαν τὸ πρακτέον· ἐκ Πνεύματος ἐστὶν ἁγίου τὸ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν· ἁγίου δὲ Πνεύματος παρουσία, καὶ θέλημα σαρκὸς, οὐκ οἷόν τέ ἐστιν, οὐδὲ σε λήθηεν, εἰς ἐν συνελθεῖν, οὐδὲ τὴν αὐτὴν ἐξουκειοῦσθαι πρᾶξιν· παράδοξος ὁ λόγος, ἀλλὰ παραδοξοτέρου τόκου ἐστὶν εὐαγγέλιον· « Ἐκ Πνεύματος ἐστὶν ἁγίου, » καὶ « Τέξεται υἱόν· » ὅρα καὶ πρὸ τῆς γεννήσεως τὸν υἱόν· καὶ γεννηθέντος ἔστω σοι τεκμήριον τοῦ ἐκδεδοχότος ἡ πρόρρησις καὶ τῆς ἄλλης τῶν Εὐαγγελίων ἀληθείας· ὁ γὰρ ἔτι τὸ κρυπτόμενον ἐν τοῖς θαλάμοις τῆς φύσεως καὶ εἰδῶς καὶ προανακηρύττων υἱόν, οὗτος καὶ τεχνίτης γέγονε τῆς ἀνευσπορᾶς ὑπὲρ λόγον δημιουργηθείσης σαρκὸς, καὶ τῆς παρθενίας φύλαξ, ὡσπερ μετὰ τὸν τόκον, οὕτω καὶ πρὸ τοῦ τόκου μὴ διαλύων τὰ σήμαντρα. « Καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν· » ἀλλὰ καὶ ἡ κλῆσις ἀνωθεν ἔχει τὴν κρίσιν· Ἰησοῦς γὰρ « ὅτι σώσει τὸν λαόν αὐτοῦ. » — « Μὴ φοβηθῆς παραλαβεῖν Μαριάμ τὴν γυναῖκά σου. » Ταῦτα γὰρ οὐ πάντα μόνον ἀφαιρεῖται φόβον, ἀλλὰ καὶ μεγάλως θυμηθῆς καὶ ἐλπιδῶν ἀνελπίστων χαρίζεται πλοῦτον· « Μὴ φοβηθῆς παραλαβεῖν Μαριάμ τὴν γυναῖκά σου. » Γυναῖκα σὴν τὴν Παρθένον ἀκούων ἔχεις ἐκ τῆς φωνῆς τὴν πρὸς πᾶσαν ἀνδρὸς ὁμιλίαν καθαρότητα. Εἰ γὰρ ᾧ συνήφθη νόμῳ τὸ τῆς παρθενίας, ἀνέπαφόν τε καὶ ἀκήρατον συνδιδασσε, πῶς ἂν ἐτέρου τινὸς ἔρωτα παραδέξασθαι; κἄν γοῦν σιάν τινα καταλίπη ὑπολήψεως, σοῦ γυνῆ νόμῳ γεγεννημένη μνηστείας κρείττω καὶ ὑψηλοτέραν ἑαυτὴν καὶ τῶν νομίμων διετήρησεν, ἐτέρῳ παρανομεῖν πῶς ἂν ὑπέστη χώραν παρασεῖν, καὶ τῆς ἐκεῖνου χάριτος ὕβριν ἀλλάξασθαι, ἡ μὴδὲ χωρὶς ὕβρεως ἀνασχομένη τῆς παρθενίας ἐξίστασθαι; Ἐχεις οὖν παρὰ σεαυτῷ τῆς καθαρότητος τὴν μαρτυρίαν ἀπαράγραπτον διδὼς « Μὴ φοβηθῆς παραλαβεῖν Μαριάμ τὴν γυναῖκά σου· » οἷς γὰρ πρὸς σὲ τὸ τῆς παρθενίας ἀμόλυτον δισώσατο, τοῦτοις καὶ τοὺς ἀναντιρρήτους πορίζεσθαι· γυνῆ σου, φησὶν, ὀρᾶς, καὶ

A *ciplinæ puritatem, et ante omnia illius ex illustri genere ortum (ex tribu nempe regia et sacerdotali nata erat), ejus in templo a teneris consecrationem; hæc et his plura adhuc longe a suspitione non tantum ad accusationem tendente, sed etiam indecentiam formidante, senem removebant. Sed neque rursus sciebat hanc conceptionem divina operatione effectam, supra rationem enim et sensum humanum est Dei in nos misericordiæ opus. Itaque mente conturbata non valebat intelligere quid faceret, ut justii appellationem non fœdaret, et Deo placere perseveraret.*

Cum igitur talibus perturbaretur, nec ad ullam partem humani judicii motus illum inclinaret, tunc apte et opportune venit angelus qui agitatam ejus mentem firmaret et doceret ubi absque sollicitudine deberet sedere. Et ait : « Joseph, filii David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam; quod enim in ea natum est, e Spiritu sancto est; pariet autem filium et vocabis nomen ejus Jesum; » nec jam sis, inquit, incertus neque pugnantis sententiæ ut dubites persuadeant : quod faciendum est a Spiritu sancto est in ea natum. Spiritus sancti vero præsentia et voluntas carnis nequeunt, ut scis, in unum convenire neque eundem actum sibi vindicare; incredibilis sermo, sed incredibilioris partus evangelium est : « De Spiritu sancto est, » et « Pariet filium. » Vide et ante nativitatem filium; et cum natus fuerit, sit tibi in testimonium ut et de omni evangeliorum veritate, hujus eventus prædictio. Qui enim quod adhuc in sinu naturæ absconditum est et scit et prænuntiat filium, ille artifex est hujus sine semine supra rationem creatæ carnis, et virginitalis custos, ut post partum, sic et ante partum sigilla non solvit. « Et vocabis nomen ejus Jesum. » Sed et appellatio suam desursum habet significationem; Jesus enim, « quia salvabit populum suum. » — « Ne timeas accipere Mariam conjugem tuam. » Hæc enim non modo omnem tollunt timorem, sed et magnæ lætitiæ et insperatæ spei largiuntur divitias : « Ne timeas accipere Mariam conjugem tuam. » Conjugem tuam virginem audiens, habes ex hac voce ab omni hominis commercio munditiam. Si enim sub ea lege quæ innexa est virginitatem intactam et immaculatam servavit, quo modo alterius amorem admisisset? Et si umbram quamdam suspitionis adhuc reliquerit, reor tua matrimonii jure facta seipsam majorem et excelsiorem et legitimis servavit, quomodo alteri legem transgrediendi sustinisset locum præbere? Et ex ejus amore opprobrium incurrere, quæ nec sine opprobrio noluit virginitate excedere? Habes igitur et prope teipsam incircumscriptionem munditiæ testimonium. Ideo, « Noli timere accipere Mariam conjugem tuam. » Quibus enim quoad te virginitatis integritatem servavit, iis et inconcussa argumenta præbet; uxor tua, inquit, ut audis, a me ipso dicitur, et eam non cognovisti. Si autem ex quo hoc uxoris nomen sibi assumpsit, totum hoc tempus ab omni tecum com-

mercio mundum ostendit, quomodo non manifestum est illam omne alterius commercium vitavisse, cuius neque humana neque divina vos uxorem eam nominavit?

Ita igitur angelus hac uxoris appellatione eam mundam esse ab omni immunda suspicione Josephum docet. Nominaret autem forte eam uxorem et quia nulla curarum quæ de uxore virum sollicitant eam justus privabat. Et alia providens eam non negligebat, et domi cohabitantem circumloquebatur, et omni probro et calumnia, quemadmodum sapientis uxoris maritus, eam superiorem studebat videre. Si autem et uxorem dixit, quia sponsi ordinem Joseph habebat, et ut sponsos mos ipse, etiamsi nondum thalamum ingressi sint, non prohibet viros appellari, sic et quæ virginitatem adhuc servant, mulieres eorum permittit nuncupari, non deceret me hoc rejicere. Etenim et Jacob patriarcha, cuius nondum commercio usus erat Rachel, mulierem suam manifeste vocat. Dicit ad Laban, postquam jam sui servitii tempus complevit. « Da uxorem meam, completi sunt enim dies mei, ut ingrediar ad eam ¹⁸. » Sic priscus mos est mulieres eas quæ sunt sponsæ vocare. Ita ut inde videre sit mulieris appellationem minime virginem contristare voluisse. Virginis autem nomini non contradicere mulieris nomen patet ex generis distinctione, in hominem et mulierem naturam dividens. Mulieris enim verbo non solum quæ hominem non cognoverunt, neque eæ solum quibus contingit ut, virginitate permanente, adolescentiæ sinibus egrediantur; sed et femina ante juventutem vel etiam recens nata comprehenditur. Quemadmodum, ut patet, nomen viri participant et qui pueros genuerunt et qui inter juvenes numerantur, sed et qui hujus ætatis usque ad teneros descendunt. Sic igitur ea solito usu facile perceptum est mulieris vocem non auferre quod virginitatem decet. Mulierem enim non semel, sed et sæpius Evam vocat Adami uxorem virgineo adhuc ornatam decore et puris paradisi floribus vernantem, et longe a transgressione, et Dominico mandato stantem et nuditate, et bestiæ consilio excelsius institutum suum ferentem; quando (et eos non licet pro ipsa rerum evidentia imputare) imperturbatos ferebat corporeæ voluptatis sensus, quæ sæpius vocata est Adami mulier, meliore vocatione digna iudicata quam ut carnalium desideriorum pugnæ misera efficeretur.

τῶν πραγμάτων ἐνεργείας λογίσασθαι, ἀνενοχλήτους ἔξονομασθεῖσα γυνὴ τοῦ Ἀδὰμ, κρείττονος ἀξιουμένη μάχαις.

QUÆSTIO XXIII [al. XXII].

Quid significat illud: « Ecce Adam factus est tanquam unus ex nobis, sciens bonum et malum. »

Edita a Maio, l. c., p. 24-27, in Gen III, 22.

Scio igitur quosdam dicere ironicum sermonem

¹⁸ Gen. XXI. 21.

A παρ' ἐμοῦ λέγεται, καὶ πείραν αὐτῆς οὐκ ἔχεις· εἰ δ' ἐφ' οὗ τὸ τῆς γυναικὸς ἤρμωσεν ὄνομα, τοῦτον ἡ Παρθένος ἔδειξε καθαρεύοντα τῆς πρὸς αὐτὸν ὀμιλίαι· πῶς οὐκ εὐδὴλον ὅτι καὶ παντὸς ἄλλου, οὐ μῆτε ἀνθρώπινος μῆτε θεῖος λόγος ὀνομάζων ὠφθη γυναικα;

Οὕτω μὲν οὖν ὁ ἄγγελος διὰ τῆς προσηγορίας τῆς γυναικὸς καθαρεύειν πάσης οὐκ εὐαγοῦς ὑπολήψεως τὸν Ἰωσήφ ἐκδιδάσκει. Ὀνομάζει δ' ἂν ἴσως αὐτὴν γυναικα, καὶ διότι περὶ γυναικὸς ὄσαι φροντιδῆς ἔχουσιν ἄνδρα, οὐδεμιὰς ταύτην ὁ δίκαιος ἀπεστέρι. Τὰ τε γὰρ ἄλλα προνοούμενος αὐτῆς οὐκ ἡμέλει, καὶ οἱκοι συνοῦσαν περιεῖπε, καὶ μῶμου παντὸς καὶ διαβολῆς ἀπάσης, οἷα δὴ κόσμιος ἀνὴρ γυναικὸς σωφρονούσης ἀνωτέραν ἐσπούδαζε καθορᾶσθαι. Εἰ δὲ καὶ γυναικα προσεῖπε, διότι μνηστῆρος τάξιν ὁ Ἰωσήφ εἶχεν, ὡσπερ δὲ καὶ τοὺς μνηστῆρας τὸ ἔθος, καὶ οὐκω συνῆλλον εἰς εὐνήν, οὐ κωλύει προσταγορεύειν ἄνδρα, οὕτω δὲ καὶ ὄσαι τὴν παρθενίαν ἔτι διασώζουσι, γυναικας αὐτῶν δίδωσι καλεῖσθαι, οὐδὲν ἐμοὶ διαφέρεσθαι προσήκει· καὶ γὰρ καὶ Ἰακώβ ὁ πατριάρχης, ἧς οὐκω καταστᾶς ἦν εἰς πείραν ὀμιλίας, τὴν Ῥαχὴλ λέγω, γυναικα αὐτοῦ περιφανῶς ὀνομάζει. Φησὶ πρὸς Λάβαν, ἤδη τὸν τῆς δουλείας ὄρον ἐκπεπληρωκῶς, « Ἀπόδος τὴν γυναικά μου, πεπλήρωται γὰρ αἱ ἡμέραι μου, ὅπως εἰσέλθω πρὸς αὐτήν. » Οὕτως ἐστὶ παλαιὸν ἔθος γυναικας καὶ τὰς μεμνηστευμένας ὀνομάζειν. Ὡστε κἀντεῦθεν ἐστὶ λαβεῖν ὡς μὴδὲν ἡ τῆς γυναικὸς προσηγορία παραλυπεῖν ἐθέλει τὴν παρθενίαν. Ὅτι δὲ πρὸς τὴν παρθένον τὸ τῆς γυναικὸς οὐ μάχεται ὄνομα, ἦτε συνήθης τοῦ γένους διαίρεισι εἰς ἄνδρα καὶ γυναικα τέμνουσα τὴν φύσιν, ποιεῖ φανερόν. Τῷ γὰρ τῆς γυναικὸς ῥήματι οὐκ ὄσαι μόνον ἔλαβον γυνῶσιν ἄνδρως, οὐδ' ὄσαις γέγονεν ἐν τῷ τῆς παρθενίας ἀπαρἀλάκτω τῶν νεανίδων ἡλικίαν ὑπαλλάττειν, ἀλλὰ καὶ τὸ πρὸ τῆς ἀκμῆς θῆλυ μέχρι τοῦ νεογενοῦς περιλαμβάνεται· ὡσπερ δηλονότι τῆς προσηγορίας μετέχουσι τοῦ ἀνδρὸς ὅσοι τε παῖδας ἐφυσαν καὶ ὅσοι τῶν ἡϊθῶων τὴν τάξιν ἐπέχουσιν, ἀλλὰ καὶ ὅσοι τῆς ἡλικίας ταύτης μέχρι βρέφους ὑποθεθήκασιν. Οὕτω μὲν οὖν καὶ ἀπὸ τῆς εἰθισμένης χρήσεως ἐστὶν λαβεῖν ὡς ἡ τῆς γυναικὸς οὐκ ἀφαιρεῖται φωνὴ τῆς παρθενίας τὸ δίκαιον· γυναικα γὰρ οὐκ ἄπαξ, ἀλλὰ καὶ πολλάκις τὴν Εὐαν ὀνομάζει τοῦ Ἀδὰμ ἔτι τοῖς παρθενικοῖς ἐμπρέπουσαν ὠραῖσμασιν, καὶ τοῖς ἀκηράτοις ἀνθεσι τοῦ παραδείσου ἐνεαρίζουσαν, καὶ πόρρω τῆς παραβάσεως καὶ τῆς δεσποτικῆς καθισταμένην ἐντολῆς καὶ τῆς γυμνώσεως καὶ τῆς τοῦ θηρίου συμβουλῆς ὑψηλότερον τὸ πολίτευμα φέρουσαν ὅτε καὶ αὐτοὺς οὐκ ἐστὶ σοὶ ἀπ' αὐτῆς τῆς

ἔφερε τοὺς λογισμοὺς σαματικῆς ἡδονῆς, ἡ πολλάκις κλήσεως ἡ σαρκικῶν ἐρεθισμάτων ἐνταλαιπωρεῖσθαι

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΚΓ'.

Τι σημαίνει τὸ, « Ἰδοὺ Ἀδὰμ γέγονεν ὡς εἰς ἐξ ἡμῶν, τοῦ γινώσκειν καλὸν καὶ πονηρὸν »

Ἰδοὺ μὲν οὖν ὡς τινες τὸν εἰρῶνα λόγον διὰ τῶν

προκειμένων ρημάτων φασὶ προσηνέχθαι, καὶ ὄνε· ἂ δίζειν τὸν Ἀδὰμ ἐφ' οἷς ὑπέρογκα φαντασθεὶς καὶ ἂ φιλανθρωπία τοῦ Πλάσαντος χερσὶ κατεῖχεν, ἐξ ἰδίας ἀδουλίας ἀπώλεσεν· οἱ δὲ γείτονα προκομίζοντες λόγον, ἕτερόν τι νομίζουσι λέγειν. Διασύρεσθαι γὰρ, φασὶ, καὶ διαχλευάζεσθαι τοῖς παροῦσι λόγοις τὴν τοῦ Ἀδὰμ περιπέτειαν. Καὶ ἄλλοις ἔδοξεν ἐπεγγεῖσθαι τὴν πράξιν, δι' ἣν ὑψηλότερον τῆς αὐτοῦ φύσεως τοῖς λογισμοῖς, ὁ ἀνθρώπος ἀναδραμῶν, καὶ ἧς ἠξιώθη τάξεως παρὰ τοῦ Πλάσαντος ἐφαστάναί, κατηνέχθη. Παραπλήσια ταῦτα καὶ ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἐπιβολῆς τὴν πρόοδον λαβόντα, εἰ καὶ πρὸς διαφόρους ἑκοῦσι παραφύδαδας ἀποσχίζεσθαι, ἐγὼ δὲ ταῦτα μὲν οὐκ ἂν οἰηθῆην σοφὸν ἀποδοκιμάζειν, ἀκολουθότερον δ' ἂν φαίην κατανοεῖν ἐτέρας εἶναι διανοίας παραστατικὸν τὸ ἱερὸν ἐκεῖνο χωρίον· ποίας ταύτης; Ἐπειδήπερ ὁ Ἀδὰμ ἀντὶ τοῦ νομοθετεῖσθαι, νομοθέτου ἀξίωμα ἤρπασεν· ἀντὶ τοῦ κηδεμονίας καὶ παιδαγωγίας τῆς ἀνωθεν ἀπολαύειν, τῇ ἰδίᾳ γνώμῃ καὶ προνοίᾳ τὰς τοῦ βίου πράξεις κατεπίστευσε, καὶ τὴν βώμην ἔχειν ἐνόμισεν ἀνευ θείας ἐπιροπῆς καὶ τῆς τοῦ κρείττονος ἐπινεύσεως, ἐξαρκεῖν αὐτῷ διακρίνειν τὸ καλὸν ἀπὸ τοῦ χείρονος (οὐ γὰρ ἂν μὴ ταῦτα διαθέμενος καὶ κυρώσας παρ' ἑαυτῷ, οὐκ ἐνεῖεν οὐκ ἂν ὑψώσαι δόξαν ἑαυτὸν ὑπέδραμεν εἰς τὸ μέγεθος τῆς πρώτης ἀρχῆς, ἣ κρίνειν τε καὶ διακρίνειν τοῦ πονηροῦ τὸ καλόν, σοφία ἐμφοτος καὶ ἀπερινόητος ἐξ αἰδίου περιεστίν, ἀλλ' οὐδ' ἂν προτάττειν ὀρμὴν ἐτόλμησεν τὴν αὐτοῦ τῆς ἀπάντων δεσποζούσης τε καὶ πάσας χάριτας διαγνώσει; πηγαζούσης καὶ διακρίσεως· οὐδ' ἂν τὴν θεῖαν ἐντολὴν παρ' οὐδὲν θέμενος, ὄλην αὐτοῦ τῇ γνώμῃ τῶν πρακτέων διοικήσιν ἐνεχείρισεν)· ἐπεὶ οὖν, φησὶν ὁ Θεός, τοῖς ἔργοις παρέσχε τὸν ἔλεγχον, ἑαυτῷ καταπιστεύσας τοῦ βίου τὴν πρόνοιαν καὶ οὐκέτι τοῖς ἡμετέροις ὑποκύπτειν ἐθέλει προστάγμασιν, ἀλλὰ τὸ γε δοθὲν αὐτῷ αὐτεξούσιον πρὸς τὴν τοῦ δεδοκῶτος ὕβριν ἀπεχρήσατο, καὶ ἐνόμισεν ἑαυτὸν εἶναι ὡς ἓνα ἐξ ἡμῶν, νομοθέτην νομοθετούμενον, προνοητὴν οὐ προνοίας δεόμενον, δεσπότην οὐ δεσποζόμενον, ἀμεινόν ἐστιν αὐτὸν ἐκκληθῆναι τοῦ παραδείσου, διὰ δύο μάλιστα ταῦτα· ἓν μὲν ἵνα μὴ τρυφῆς εἰς ἀκαιρόν τε καὶ ἀπαιδευγῆτον ἀπόλαυσιν καταστάς, χεῖροσι καταλισθήσῃ παραπτώμασι, καὶ δεύτερον, ἵνα τοῖς τῆς ὑπερορίας κώποισι ἐνταλαιπωρούμενος, ἀπ' αὐτῶν πείρας μάθοι τῆς τε οἰκειᾶς τὸ μέτρον δυνάμει, καὶ ὡς πολὺ αὐτῷ λυσιτελέστερον ἦν, τῆς ἡμῶν προνοίας ἐξάπτειν τὰ τῆς διανοίας καὶ τῆς πολιτείας κινήματα, ὅσον τε καλὸν καὶ τὸ πονηρὸν.

Ταύτης δὲ τῆς διανοίας οἶμαι καὶ Σύμμαχον ἐγγυὲς γεγονότα τὴν περιοχὴν τοῦ ῥητοῦ ἐκδεδώκεναι· «Ἴδου Ἀδὰμ γέγονεν ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν, τοῦ γινώσκειν ἀφ' ἑαυτοῦ καλὸν καὶ πονηρὸν.» Αἱ δὲ ἐμπροσθεν εἰρημέναι τοῦ ῥητοῦ διηγήσεις ἐδίδασκον ἂν ἡμᾶς μὴ πρὸς ἕτερόν τι βλέπειν εἰ γε σύνθετος ἡμῖν ἐντὴν ὄρᾳν τοῖς ἱεροῖς ἡμῶν λόγοις ἐν τῷ διασύροντι τε καὶ εἰρωνικῷ καὶ διαγελῶντι τρόπῳ τὰ ἀντικείμενα τοῖς

A prædictis verbis prolatum esse et Adamum opprobrio afficere quod superba imaginatus esset et ea quæ Conditoris benevolentia manibus retinebat, propriæ imprudentiæ causa perdidisset; alii vero, affinem rationem afferentes, alterum quid dicere student. Irrideri enim, inquit, et præsertim verbis Adami infortunium confundi. Et alii censuerunt irrideri actionem qua alius propria natura suis cogitationibus homo ascendens, ex eodem ordine in quo eum erigere dignatus erat Conditor, dejectus est. Proxima ea et ab eodem incepto iter suscipientia, etsi differentibus videantur deinde propaginibus. Ego vero non sapientis esse crederem ea rejicere, rectius autem dicerem aliud indicare sacrum illum locum. Quid igitur? Postquam Adam, potius quam legi obediret, legislatoris dignitatem abripuit; potius quam cura et institutione divina frueretur, propriæ voluntati et vitæ prudentiæ actus credidit; et vim existimavit se habere absque ope divino et majore impulsu bonum a malo discernendi (nisi enim hæc apud se statuisset et stabilisset, non sane opinionem concepisset se ad majestatem primæ dignitatis erigendi, cui judicandi et discernendi bonum a malo inest naturalis et incomprehensibilis ab æterno sapientia; neque ausus esset propriam sapientiam sapientiæ huic antepone, quæ omnibus dominatur et omnes scientiæ et discretionis gratias effundit, neque divinum mandatum nihili faciens, cunctam agendi rationem propriæ voluntati commisisset); postquam igitur, inquit Deus, operibus se reum constituit, sibi ipsi fidens, in vitæ, providentia, et noluit meis obedire mandatis, et dato sibi libero arbitrio, ad injuriam illius qui illud ei dedit, abusus est, et credidit se ipsum esse ut unum ex nobis, legislatorem et non legis subjectum, providentem et non providentia egentem, dominum et non sub dominio constitutum, melius est eum a paradiso expelli, propter duo hæc præsertim: primo quidem ne, in funesta et indocili deliciarum fruitione stans, gravioribus offendant casibus; et secundo, ut exsilio afflicto, ex ipsis operibus et dolorum experimento discat et propriæ virtutis mensuram, et quantum ipsi commodi conferat nostræ providentiæ proprii instituti et voluntatis motus adaptare, et quam a se ipso bonum et malum discernere impar sit.

ὅσον τε καθέστηκεν ἐνδεῆς τοῦ γινώσκειν ἀφ' ἑαυτοῦ

Huic sensui propius accessisse Symmachum puto, et hujus dicti argumentum prodidisse: «Ecce Adam factus est quasi unus ex nobis, sciens bonum et malum¹⁹.» Quæ autem prius datæ sunt explanationes, nos non aliud esse prospiciendum docerent, si modo soleremus in nostris sacris oraculis sub irrisionis et ironiæ et diasyrmi forma opposita iis quæ prætenduntur significata et figurata videre,

¹⁹ Gen. III, 22.

et... per litteras valet. Nihil enim impedit omnino quin pro paucitate et insolentia verborum errari possit. Sed quomodo non solveret irrisionis et ironiæ et cavillationis vim ad parabolæ et similitudinis modum facta dictio? Contra enim si consequentiam habeant quæ dicta sunt, omne necesse erat verbum observari, quod injuriarum severitatem et acerbiter mulcere posset. Ea autem vox: *ut unus ex nobis* vim ironiæ prosciindit, et opprobrii mulcet acerbiter. Non idem est dicere in objurigationem, multum sane abest: «*Ecce Adam factus est unus ex nobis*;» et, «*tanquam unus ex nobis.*» Unum quidem simplicem et vividam et lethalem inducit irrisionem; alterum vero per parabolam et similitudinem temperat et imminuit exprobrationem et rationem quamdam subjiciet irridere simul et irrisionem auferendi, cum ab initio liceret nullo modo irrisionis formam subire.

Ad hæc et illud animadvertite. Si irridentis, si irrisionem exprimentis esset sermo dicens: «*Ecce Adam factus est quasi unus ex nobis*;» quam habeat cum eo connexionem et consequentiam quod sequitur, non potest deprehendi. Perinde est ac si diceret: Postquam Adamus a spe decidit, qua erectus supercilia atollebat, ab incepto irrationabili vel invitus subsedit; postquam superbiæ humiliatio successit; postquam nuditatis pudor eum circumvenit; deinde quod sequitur: quapropter decebat eum ejici a paradiso, ne quod audaciæ illi supererat et voluntatis superbia audaciorum manum reddentia ad rapinam impellerent eorum, quæ prius ne attingere quidem conatus erat. Num hæc aliquem consequentiæ rationem habent, aut sensum ab omni contradictione purum servant? Quod autem postea adhuc sequitur, nihil amplius ostendit quam quod dictum est. Dicit enim: «*Et nunc ne forte extendat manum et apprehendat fructum de ligno vitæ et comedat et vivat in æternum*».¹⁰ Quomodo non patet, si eo quod de sua spe et expectatione deciderit, irridetur, ut his ostensum est, et omnem suam vim infirmitate mutaverit, et suæ audaciæ propter jactantiam subierit jacturam, nec propriis viribus potuerit protegi, et eum his quibus antea protegi decuerit, tanquam voluntatis peccatum et vulnus mentis generositati afflictum sufficerent, illum a secunda audacia recedere? Manifestum est etiam nostram in ejus lapsum irrisionem et juveniliū cogitationum infirmitatem evidenter proscribere? Prohibere enim ne quid de ligno vitæ apprehendat... eum et post transgressionem satis virium habuisse ut faceret quod antea nequibat, testatur. Nemo enim aliqua re aliquem interdicit qua jam natura exclusus est.

Dictum est tamen a quibusdam doctissimis illud: «*Ecce Adam factus est tanquam unus ex*

¹⁰ Gen. xxix, 21.

Α προτεινομένοις παραδηλουμένα τε και αινηματιζόμενα και... ον διά γράμματος Ισχύει. Οὐδὲν γὰρ ἐν πλάτει κωλύει λόγων παρεμπίπτειν κατὰ τὸ σπάνιον και τὸ ἀηθές. Ἄλλὰ πῶς οὐκ ἐκλύσει τοῦ διασύρειν και εἰρωνεύεσθαι και ἐπιγελάει τὸν τόνον ἢ κατὰ παραβολὴν γεγενημένη και ὁμοίωσιν λέξις; Τούναντιον γὰρ εἰπερ εἶχεν ἀκολουθίαν τὰ εἰρημένα, ἅπαν εἶδει παραφυλάττεσθαι ῥῆμα τὸ ἀπότομον και πικρὸν διαπραθνον τῶν ὀνειδισμῶν· ἢ δὲ, ὡς εἰς ἐξ ἡμῶν, τὸ δριμύ τῆς εἰρωνείας ὑποτέμνεται και τὴν τραχύτητα καταλαβαίνει τοῦ προπηλακισμοῦ. Οὐ γὰρ Ἰσον εἶπεῖν εἰς ἐπίπληξιν, οὐδὲ πολλοῦ δεῖ, «*Ἰδοὺ γέγονεν Ἀδὰμ εἰς ἐξ ἡμῶν,*» και, «*ὡς εἰς ἐξ ἡμῶν*» τὸ μὲν ἄκρατον και σφοδρὸν ἐπάγει και κλιτριον τὸν χλευασμὸν· τὸ δὲ διὰ τῆς παραβολῆς και ὁμοίωσεως κεκραμένην πως και μετριάζουσαν τὴν ἐπιτίμησιν ποιεῖ, και τινὰ λόγον ὑπέξει χλευάζειν τε ἅμα και τὴν χλεύην ὑφαιρεῖσθαι, ἐξὸν ἀπ' ἀρχῆς τὸν τρόπον μηδὲως ὑπελθεῖν τῆς χλεύης.

Ἐπί δὲ τούτοις κάκεινο συλλογίζου· εἰ διασύροντος, εἰ διαγελῶντος, εἰ εἰρωνείας προβάλλοντος ὁ λόγος ἦν ὁ λέγων, «*Ἰδοὺ Ἀδὰμ γέγονεν ὡς εἰς ἐξ ἡμῶν.*» τίνα πρὸς αὐτὴν συνάφειαν ἢ ἀκολουθίαν ἔξει τὸ ἐπαγόμενον, οὐκ ἂν ἐβελήσῃ γνώσιν παρασχεῖν· ὁμοιον γὰρ ὡσεὶ εἶλεγεν· Ἐπειδὴ τῶν ἐλπιδῶν καταπεσῶν ὁ Ἀδὰμ, αἷς ὀχοῦμενος τὰς ὀφρῦς ἀνέσπα, ὀρμηῆς μὲν και ἄκων τῆς ἀλόγου καθυφῆκε· τὸ γαυρίασμα δὲ κατήφεια διεδέξατο· και αἰσχύνῃ τῆς γυμνώσεως αὐτὸν περιτετεῖχισεν· εἶτα τὸ ἐπαγόμενον· διὰ τοῦτο προσῆκεν αὐτὸν ἐκβληθῆναι τοῦ παραδείσου, ἵνα μὴ τὸ περιγεγόνος αὐτῷ θράσος και τὸ ὑπέρογκον τοῦ φρονήματος θρασυτέραν τὴν χεῖρα ἀπεργασάμενα εἰς τὴν ἀρπαγὴν ἐκείνων συνελάσῃ, ὧν οὐδ' ἀπεσθαι πρότερον οὐδεμίαν τόλμαν ἐπεδείκνυτο. Ἄρα γὰρ ἔχει τινὰ ταῦτα λόγον ἀκολουθίας, ἢ συνδιασώζει καθαρεύουσαν μάχης διάνοιαν; Και μὴν οὐδὲν μᾶλλον ἕτερον τὸ ἐπαγόμενον ἢ τὸ εἰρημένον δηλοῖ· λέγει γὰρ, «*Και νῦν, μήποτε ἐκτείλῃ τὴν χεῖρα και λάβῃ ἀπὸ τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς και φάγῃ και ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα.*» Πῶς γὰρ οὐκ ἐπίδηλον, εἰ ἐφ' οἷς τῆς προσδοκίας διέπεσεν ἐχλευάζετο, ὡς τούτοις εἰδείκνυτο, πᾶσαν τε δύναμιν εἰς τὸ ἀσθενὲς μεταβεβλημένος, και τῆς ἐφ' οἷς ἐσοβαρεύετο παρβήσιας ὑποστάς ἀφαιρεσιν, και οὐ περιτετεῖχισθαι συνεχόμενον οἰκοθεν, προσῆκεν ἦν ὧν ὀπετετεῖχίζετο πρότερον, ὡς αὐτῆς τῆς τοῦ βουλήματος διαμαρτίας και τὸ περιθραυσθῆναι τὸ γενναῖον τοῦ φρονήματος ἱκανῶν ὄντων, δευτέρως αὐτὸν ἀπάγειν θρασυτήτος; ἐμφανὲς δὲ και ὡς ἡμῶν χλεύῃ κατὰ κατάπτωσιν αὐτοῦ τῶν νεανικῶν λόγισμῶν και ἀσθένειαν στηλιτεύει περιφανῶς. Τὸ δὲ κωλύειν αὐτὸν τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς μετασχεῖν τὸ ἀ... μετὰ τὴν παράβασιν και ἀνδρίζεσθαι ποιεῖν ἢ μὴ πρότερον ἠδύνατο, μαρτυρεῖ. Οὐδεὶς γὰρ ἀπειργεῖ τὸν οἰκοθεν ἀπειργόμενον. Ἄλλ' ἐκ πολλῶν μὲν ὀλίγα ταῦτα.

Εἴρηται μέντοι γε τίαι τῶν χαριεστέρων τῶν, «*Ἰδοὺ Ἀδὰμ γέγονεν ὡς εἰς ἐξ ἡμῶν,*» οὐ πρὸς τὴν τῆς

Τριάδος ὑπεροχὴν τὴν ἀναφορὰν ἔχειν, ἀλλ' εἰς τὸ ἅπλοσ ἀφορᾶν τῶν λειτουργικῶν καὶ ἀσωμάτων δυνάμεων. Ἐγὼ δὲ τοῦτον τὸν λόγον μετὰ τοῦ ἐνέχεσθαι ταῖς προειρημέναις αἰτιαῖς, οὐδ' ὄρω τίνα χώραν ἔλως ἔχει παρεντεθῆναι ἐνταῦθα. Οὕτε γὰρ τὴν συμβουλήν τοῦ ὄψεως διασύρει, οὐδὲ ἀγγέλων φύσιν ὑπαλλεῖν ἐρωτᾷ ποθεν λαβεῖν ὁ Ἀδάμ ἐφωράθη. Οὐδὲ ἦν πολὺ πῶρρω δόξης τῆς ἀγγελικῆς διεστῶς, κατὰ τὸν παράδεισον τὰς διατριβὰς ἔχων, καὶ τῆς ἀθανασίας ἐπὶ γε τῇ προνοίᾳ τοῦ Πλάσαντος ἀπολαύων· διὰ ταῦτα τοῖνον οὐ βῶν εἰμι τῇ τοιαύτῃ τοῦ ῥητοῦ συνεπινεύειν ἐρμηνεῖα· μάλιστα δὲ καὶ διότι περὶ τὸ ἀντι ὀνόματος παραληφθὲν τοῦ λόγου μέρος εἰς τοιοῦτον σχηματίζεται τύπον. Τάχα δ' ἂν καὶ ἐτέρους τεθεώρηται τῶν εἰρημένων θεϊοτέρᾳ τε καὶ τελειότερα. Ἐμὲ δὲ μήτε μνήμην ἔχειν τούτων ἢ τῶν πολλῶν καὶ ἀλλεπαλλήλων πειρασμῶν πληγῆ παραχωροῦσα, μὴδ' εἰς ἔρευναν καθίστασθαι μηδεμίαν ἄδειαν παρεχομένη, εἰς τοῦτο γὰρ ἡμᾶς ὁ τῶν ἀνθρώπων φθόνος συνέκλεισεν, ἃ παρῆν εἰπεῖν ἐξ ὧν συνείδων κατὰ τὴν σὴν φιλομαθεστάτην ἀξίωσιν οὐκ ἐπέσχεον οὐδεμία· καίπερ σιγῆς πρόφασις· ἀλλὰ κατὰ μὲν ἐπιβολὴν κερφαλακιδῆ καὶ σύνοτον καὶ καιρὸν τοιοῦτον ἀρκέσει τὰ εἰρημένα. Εἰ δὲ τι καὶ σὺ τοῦτοις προσθείης οὐκ ἔλαττον σαυτῷ ἢ καὶ ἡμῖν γε τοῖς διδασκάλοις τὴν χάριν ἀναποδοίσης· ἴσως δ' ἂν τινος ἀφορμῆς παρὰ σοῦ πορισθείσης, καὶ ἡμῖν ἂν γένοιτο τῆς Μωσαϊκῆς θεοπτείας οὐ πῶρρω τὴν σπουδὴν ἡμῶν διωθουμένης, μάλιστα γὰρ καὶ τῶν συνεχόντων παθῶν εὐμενείᾳ τοῦ κρείττονος ἐλαττουμένων, σοφώτερόν τι περὶ τῶν προκειμένων διακηθῆναι.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΚΔ'.

Ὡς θελητός τε καὶ ἀθέλητος τῷ Πατρὶ ὁ θάνατος λέγεται ἂν εἶναι τοῦ Χριστοῦ· καὶ πῶς ἀλλ' ὁ αὐτὸς συνέλθοι τῷ ποτηρῷ θελητός τε ἅμα εἶναι καὶ ἀθέλητος.

Edita a Maio, Nov. Coll., t. I, p. 74.

α'. Ἡ μὲν οὖν ἀπορία γλαφυρωτέρας τινὸς θεωρίας ἀπατεῖ καὶ διακρίσεως λόγων· οὐκ ἔστι δ' ἀπρόσδεκτον ἐπικουρίας ἐκάτερον τῶν ἀπορουμένων, ἀξιόλογον ἐπιδειχθῆναι· δεῖ δ' οὖν ἐκεῖνα πρότερον εἰς τὴν ἐνισχύουσαν βοτῆν ἀναγαγόντας, οὕτω κατὰ τὴν προσήκουσαν τάξιν καὶ τὴν λύσιν ἐπάγειν πειρᾶσθαι· ἀλλὰ γὰρ ὅτι μὲν θέλημα τοῦ Πατρὸς ἦν ὁ σταυρὸς τοῦ Χριστοῦ, αὐτὸς ἡμᾶς ὁ Σωτὴρ διδάσκει ἐν τῇ τοῦ θανάτου παραιτήσει λέγων· « Πλὴν οὐχὶ τὸ ἐμὸν θέλημα, ἀλλὰ τὸ σὸν γενέσθω, » ἦνίκα τὸ πάθος, τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως τὴν ἀληθειαν ἐπιδεικνύς, ἀπηύχετό τε καὶ ἀθέλητον ὠνόμαζεν· οὐ μόνον δὲ τότε, ἀλλὰ καὶ ἦνίκα ἐπετίμησε τῷ Πέτρῳ, φρόνημα μὲν τοῦ Θεοῦ εἰπὼν τὸν ἐκούσιον θάνατον αὐτοῦ· φρόνημα δὲ διαβόλου, ᾧ δὴ καὶ ὁ Πέτρος, ἐξ οὗ καὶ τὴν ἐκεῖνον κλησιν κατεδικάζετο, τηνικαῦτα συνυπήγετο, εἰ καὶ μὴ ἐκ τῆς αὐτῆς διαθέσεως· ὁ μὲν γὰρ ἐκ φιλοστοργίας καιρὸν οὐκ ἐχούσης, ὁ δὲ τὴν ἡμῶν ἐξ ὧν ἐκακούργει καὶ ἐνήδρευε σωτηρίαν· ἀλλ' οὖν εἰς ἓν συνέβρεον, καίτοι γνώμης ἐκμαχο-

nobis; » non ad Triadis excellentiam referri, sed respicere ad multitudinem sanctarum et incorporarum potestatum. Ego vero, præterquam quod prædictis causis subjacet hic sermo, non video quem locum habeat hic interseri. Neque enim serpentis consilium obtrectat, neque angelorum naturam suscipiendi amorem concepisse Adam visus est. Non longe a gloria angelica stabat, dum in paradiso commorabatur et providentiæ Creatoris beneficium immortalitate fruebatur. Propterea non libenter tali hujus verbi explanationi acquiescerem; præsertim quia pro nomine suscepta sermonis pars in talem transfertur figuram. Forte et ab aliis inventa sunt iis quæ dicta sunt diviniora et perfectiora. Me vero neque etiam eorum memoriam tenere persuasit nullorum et sibi succedentium conatum ictus nullam ad investigationes statuendas securitatem præbens. Ad id enim nos hominum invidia perduxit ut quæ paratus eram dicere ex his quæ intellexi, juxta tuam dignitatem, dicere minime securum sit. Quamvis . . . silentii prætextus. Sed pro brevi et summaria responsione et pro tali tempore hæc sufficiant dicta. Si autem et tu his adjiceres, non minus tibi quam nobis magistris tuis gratiam rependeres. Forsan vero si quidam aggredereris ipse, Mosaica visione non procul a dolore nostrum removente, præsertim vero malis et continuis affectibus potentioris benevolentia immunitis, adesset aliquid sapientius de præcedentibus cogitari.

QUÆSTIO XXIV [at. XXIII].

Quomodo et voluntaria et involuntaria Patri mors Christi dici queat fuisse. Et quomodo rursus accidat ut eadem mors diabolo voluntaria simulque involuntaria fuerit.

1. Quæstio hæc paulo altioris meditationis atque disceptationis orationem postulat. Neque argumenta desunt, quibus utraque dubitatio satis gravis demonstrari potest. Ergo opus est, ut primum dubia hæc suis singula momentis corroborata, exponamus; deinde ut convenienti ordine ad eorumdem solutionem aggrediamur. Sane quod Patris voluntate crucem Christus pertulerit, ipse nos Servator certiores facit, dum necem ab se deprecans ait: « Verumtamen non mea voluntas, sed tua fiat »; quo tempore scilicet ut humanæ naturæ veritatem confirmaret, mortem aversabatur sibi que involuntariam aiebat. Neque tunc solum, sed etiam cum Petrum increpuit, Dei consilio mortem, quam sponte obiturus erat, decretam ait; diaboli autem molimine tunc prohibitam, itemque a Petro, qui ob id diaboli nomine ad ignominiam notatus fuit. Neque tamen eodem animi instinctu uterque ciebatur; sed intempestiva benevolentia Petrus; salutis nostræ odio ac persecutione diabolus. Cæteroque reapse eodem conflue-

¹¹ Matth. xxvi, 59. ¹² Matth. xvi, 25.

hanc quæntquam diversa mente perciti, nempe ut ne Christus pateretur : cujus passio humanæ naturæ passionibus medicinam fecit. Nam cum cerneret princeps malitiæ auctor illibatam illud Deoque dignum corpus physicis, quæ tamen dedecore omni carebant, passionibus obnoxium, insidias ei moliebatur, easque effectas dare studebat. Rursus in eo observans divinæ dignitatis splendorem per prodigia coruscantem, cohibebatur ac pedem referebat : ac modo Dominicam volens mortem, modo eandem nolens, a versutia sua ad consilii inopiam transibat. Sed denique timorem vesania superavit. Nam cædium auctorem suus magis nos delectavit, quam timor inde oriens absterruit. Sic igitur evidenter sacræ nostræ Scripturæ prædicant voluntariam Patri mortem Filii fuisse, involuntariam autem diabolo. Et tamen quod idem diabolus crucis supplicium infligendum vel apprime curaverit, tum ex aliis conjecturis, tum ex hac indubia colligere licet, quia videlicet Judaicam ipse gentem ad facinus concitavit, quo Servatoris cædes peracta fuit. Atqui exploratum æque est, Filii passionem præter Patris voluntatem contigisse; id quod progrediente oratione trulentius declarabitur.

2. Age vero, quæstionis jam statu proposito, sequitur ut mentis ratiocinio et consideratione noscamus, etiamsi forte circa eandem rem, Dominicam nempe mortem, contrariâ dicantur, haud hæc tamen secundum modum eundem dici. Namque unum dicitur, quatenus ærumna est quam Christus patitur; alterum, quatenus fructus paritur. Fructus autem ejus necis fuit, salus humani generis reconciliata, diabolique tyrannis deleta. Hinc patet hanc rem fuisse Patri placitam ac voluntariam, atque ejus totius erga homines providentiæ summarium. Quidni vero et illud perspicuum sit, Christi nimirum obitum ab iniuriam nostri voluntate alienum fuisse, eique cladem maximam intulisse? Nam Filii cædes, qui erat naturalis passionis effectus, per se quidem Patri neque jucunda erat neque grata, imo indignationis apprime merens atque furoris; sicuti e contrario nihil erat ex diaboli sententia magis, nihil eidem charius aut amabilius. Quamobrem clemens Servator illa precum suarum formula veniam iis qui se læserant curans; « Pater, ait, condona illis hoc peccatum; non enim animadvertunt quid agant »²². Adeo Filii cædes contra Patris voluntatem fiebat, ut multam huic iracundiam commoveret; ac necesse fuerit læsum ipsum, deprecatorem fieri, quo rei poenitentia expiati poenas evaderent. Neque repugnat, Patrem Filii necem voluisse pariter ac noluisse : nam quod eam vellet, fructus præstantia in causa erat; quod vero nollet, id facinus per se spectatum faciebat.

3. Nam veluti imperator si fortem militem cernat vulnora excipientem, vulneribusque hostium ordines consumentem, ipsomet belli duce prostrato; lætatur quod victricem strenuus hic de adversariis

A μένης ὠρμημένοι, τὸ μὴ βούλεσθαι παθεῖν τὰ πάθη τῆς ἀνθρωπίνης ἰσάστο φύσεως· ὄρων μὲν γὰρ ὁ τῆς κακίας γενεουργὸς τὸ πανάχαρτον ἐκεῖνο καὶ θεοπροπέδς σῶμα τοῖς φυσικοῖς καὶ ἀδιαβλήτοις ὑπακείμενον πάθεσι, τὴν ἐπιβουλὴν ἐβούλευε τε καὶ εἰς ἔργον ἀγειν ἐσπούδαζεν· ὄρων δὲ πάλιν διὰ τῶν θεοσημείων τῆς θεϊκῆς ἀξίας τὴν αἰγλήν ὑπεραστράπτουσαν, συνεστέλλετό τε καὶ ἀνεδύετο, καὶ πρὸς τὸ θέλειν τε ἄμα καὶ μὴ θέλειν τὸν Δεσποτικὸν θάνατον ὑποφερόμενος, τὴν μηχανὴν εἶχεν εἰς ἀμηχανίαν καταστρέφουσαν· ὁμως ἐνέκα τὸ δεῖλδν ἢ ἀπόνοια· τῷ γὰρ τῆς μαιφονίας τεχνίτη μᾶλλον αἰρετὸν τὸ σύνθηες, ἢ φοβερόν ὁ ἐπιφύμενος φόβος· οὕτω γοῦν ἐμφανῶς τῶν ἱερῶν ἡμῶν Λογιῶν θελητὸν εἶναι τῷ Πατρὶ τὸν θάνατον ἀνακηρυττόντων τοῦ Υἱοῦ, ἀθέλητον δὲ τῷ πονηρῷ· τὸ γὰρ ὅτι παντὸς αὐτῷ μᾶλλον ὁ διὰ σταυροῦ θάνατος ἠγωνίζετο, λαβεῖν ἔστι καὶ ἐκ πολλῶν ἄλλων καὶ ὅθεν οὐκ ἄδηλον· καὶ γὰρ τὸ Ἰουδαίων ἔθνος ἐκεῖνου χακουργεῖν ἀνακινουόντας, τὸν κατὰ Σωτῆρος ἐπαλαμῶντο θάνατον· ἄλλ' ὁμοίως μὲν ἐπίδηλον καὶ ὡς οὐχὶ τῷ Πατρὶ τὸ πάθος τοῦ Υἱοῦ θελητόν· ἔτι δὲ τοῦ λόγου προϋόντος, ἐπὶ πλείον δηλωθῆσεται.

B
C
B'. Ἐπει οὖν εἰς τάξιν ἤχθη ταῦτα διατυπώσεως, διαλογίζεσθαι προσήκει καὶ σκοπεῖν, ὡς εἰ καὶ περὶ τοῦ αὐτοῦ πράγματος τάναντία λέγεται, τοῦ Δεσποτικοῦ, φημί, θανάτου, ἀλλ' οὐ κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον· ἀλλὰ τὸ μὲν ἐξ αὐτοῦ τοῦ πάθους ὁ πέπονθε λέγεται, τὸ δὲ ἐκ τοῦ ἐκδεθηκότος· τὸ μὲν γὰρ ἐκβεβηκὸς διὰ τοῦ θανάτου, ἡ σωτηρία τοῦ γένους ἐπράχθη τῶν ἀνθρώπων, καὶ τῆς τοῦ διαβόλου τυραννίδος ἡ καθαίρεσις· ὁ δὲ ὅλον ὅτι θελητόν τε τῷ Πατρὶ καὶ εὐδοκία, καὶ τῆς αὐτοῦ προνοίας συμπάσης περὶ τὸ ἀνθρώπων γένος τὸ κεφάλαιον· τοῦτο δὲ πῶς οὐκ εἰδηλον ὅτι καὶ τῷ ἐχθρῷ ἀθέλητόν τε καὶ ἐσχάτη πληγῇ; τὸ μέντοιγε σφαιρασθῆναι τὸν Υἱὸν, ὅπερ ἦν ἢ διὰ τοῦ πάθους προϋοῦσα πράξις, καθ' ἑαυτὸ μὲν οὔτε ἡδὺ τῷ Πατρὶ οὔτε εὐπρόσδεκτον, ἀλλὰ καὶ λίαν ὀργῆς ἀξίον καὶ θυμοῦ· ὡσπερ δὲ τῷ πονηρῷ καταθύμιόν τε καὶ πάντων ἐρασμιώτατον τῶν τερπνῶν· διὸ καὶ ὁ φιλόανθρωπος ἡμῶν Σωτῆρ ἐν τύπῳ μεθοδεῶν προσευχῆς τὴν ἀφεσιν τῶν ἐξυβρισάντων εἰς αὐτὸν, « Πάτερ, φησὶν, ἀφες αὐτοῖς τὴν ἀμαρτίαν ταύτην· οὐ γὰρ οἴδασιν τί ποιοῦσιν »· οὕτω μὲν ἀθέλητον τοῦ Παιδὸς ἢ σφαιγῆ τῷ Πατρὶ, καὶ πολλὴν τῆς ἀγανάκτησιν ἀνακινουῦσα· ὡς καὶ αὐτῆς δεῖσθαι τῆς δεήσεως τοῦ ἠδικημένου, ἐφ' ᾧ διὰ μετανοίας καθηραμένους, μὴ δοῦναι δίκην ταῦς ἠδικηκότας· καὶ οὐκ ἐναντίον τὸ θέλειν καὶ μὴ θέλειν τὸν θάνατον τοῦ Υἱοῦ τὸν Πατέρα· τὸ μὲν γὰρ, ἐκ τοῦ ἐκδεθηκότος κατορθώματος· τὸ δὲ, ἐξ αὐτῆς τῆς προκαταρχούσης λέγεται πράξις.

Γ'. Καθάπερ γὰρ εἰ τι, στρατηγὸς τὸν ἀριστία βλέπων δεχόμενον τραύματα, καὶ τοῖς τραύμασι τῶν ἐναντίων τὰς παρατάξεις κινουόντα, καὶ αὐτὸν τὸν ἀρχηγὸν τοῦ πολέμου καταβάλλοντα, χαίρει μὲν οἷς

²² Luc. xxiii, 34.

τὸ τρόπαιον κατὰ τῶν ἀντιπάλων ὁ ἀριστεὺς ἴσῃσι, A καὶ τοῖς τραύμασι πρὸς τὸ παρῆδοξον βλέπων τοῦ κατορθώματος οὐκ ἀλγύνεται· καθ' ἑαυτὰς δὲ τὰς πληγὰς λογοθετῶν, καὶ ταύτας ἐπιστρεφόμενος, οὐχ' ἠδέως ὀρᾷ τραυματίαν τὸν τὴν νίκην ἀναδησάμενον· οὕτω δὲ καὶ ὁ Πατήρ, οἷς μὲν ἑώρα τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρωπίνου γένους τὸν πολέμιον ταῖς ἐπὶ τοῦ σώματος πληγαῖς καταβάλλοντα, τῆς Θεῷ πρεπούσης εὐφροσύνης ἦν, καὶ ταῖς τοῦ Παιδὸς ἀνδραγαθίαις ἐσεμνύετο· οἷς δ' ὁ φίλτατος τετραυματισμένος ἦν ταῖς πληγαῖς καὶ τοῖς μύλοι, καθ' ἑαυτὸ γὰρ εἰς αἵρεσιν οὐκ ἀνέφερε· μᾶλλον δ' ἐνταῦθα πλέον τὸ τῆς θελήσεως, ἥπερ ἐν τῷ παραδείγμασι· ἐκεῖ μὲν γὰρ ἀρχομένων τῶν τραυμάτων, ἐπειπερ ἄδηλος ἦν ἡ νίκη, εἰκρὸν τὸ θέαμα τῷ στρατηγῷ, τῆς τροπῆς τῶν ἐχθρῶν οὐπω παρούσης, κατεφαίνετο· ἐνταῦθα δὲ B ἀπ' αὐτῶν τῶν τραυμάτων, μᾶλλον δὲ καὶ πρὶν ἢ τοὺς μαιφόνους τὸν Σωτῆρα τοῖς τραύμασι ἐνυδρῖσαι, λαμπρὸν τε καθεωρᾶτο τὸ τρόπαιον, καὶ οὐδὲν ἕλαττον ἢ ὅτε τοῖς ἐναγεστάτοις ἐτολμάτω τὰ ἀτόλμητα· Θεῷ τε γὰρ καὶ τὰ μέλλοντα πάρεστι, καὶ ἡ γνῶσις ἀμφοῖν πρόεισι δι' Ἰσοῦ· οὐδὲν κατ' αὐτὸ γὰρ τοῦτο τῶν ἐπιγενομένων, οὐτε τῶν πάλαι γεγονότων, οὐτε μὴν τῶν ἤδη παρόντων, τὸ ἕλαττον ἀποφορομένων· οὐδὲν ἔν ἄπορον ἔτι παραδέχεται, τὸ θελητὸν εἶναι τῷ Πατρὶ τὸν θάνατον τοῦ Υἱοῦ καὶ ἀθέλητον· οὐδὲ τὸ σπουδῆν μὲν αὐτὸν εἶναι καταπραχθῆναι τῷ ἀρχηγῶν τῆς φύσεως ἡμῶν ἐχθρῶν, πάσης δὲ μᾶλλον χαλεπωτέραν πληγὴν φέρειν τὸ προσελθὸν πείρας ἀπὸ τῆς σπουδῆς· ὁ μὲν γὰρ πονηρὸς τῷ αἵματι χαίρων καὶ περιχαρῶν τοῦ Σωτῆρος, οὐπω τῆς χαρᾶς τοῖς σπλάγγνοις ἐμδαθυναμένης, τὴν τε ἀνάτονον ἔσχε καταλαμβάνουσαν πληγὴν, καὶ τὸν ἡλεθρον ἀπραΐτητον· ὁ δὲ Πατήρ οὐκ ἀρεσκόμενος αὐτόθεν τῆ τοῦ αἵματος χύσει, ἠρέσθη τε μάλιστα συμπεροῦν τὸ τέλος ὀρᾷ, καὶ περιχαρῶς προσεδέξατο· οὐκ αὐτὸ τοῦτο φιλῶν τὴν σφαγὴν τοῦ Παιδός, ἀλλ' ἐκ τοῦ τέλους, ὡς εἴρηται, καὶ ταύτην ἐξοικειούμενος, καὶ εἰς εὐδοκίας λόγον μεταποιῶν.

8. Καὶ εἴχεις κἀντεῦθεν εἰ βούλει καὶ ἀπορήματος κλαιοῦ πρὸς λύσιν ὀρώσαν ἀναφουμένην ἀφορμὴν· τὸ δὲ ἀπόρημα εἰ καὶ τοῖς τὰ θεῖα φιλοσοφοῦσιν οὐκ ἄδηλον, ἀλλ' οὖν εἰς κοινὴν ἀπάντων γνῶσιν εἰπεῖν λυσιτελέστερον· εἰ λύτερον ἐδόθη τὸ σπηρῖον αἷμα τὴν ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας ἀνέβρυσεν τοῦ γένους· ἡμῶν μεθοδεῦον, τίς ὁ λαβῶν (38)· Πατρὶ μὲν γὰρ οὐχ ἠδὲ τοῦ Παιδός ἡ σφαγὴ· τῷ δὲ ληστῆ πῶς οὐ τολμηρὸν καὶ φονεῖ, δοῦναι Κύριον αἵματος γενέσθαι τοῦ δεσποτικοῦ· πολλὰ μὲν γὰρ καὶ ἄλλα τὴν διάλυσιν παραστήσει τοῦ ζητήματος, ἢν οὐκ ἄκαιρον ἴσως μετ' ὀλίγον ἐπιμνησθῆναι· τὸ δὲ διὰ τῶν ῥηθέντων προῖον, ὁ Πατήρ μὲν δέχεται τὸ αἷμα τοῦ Παιδός πόθω τοῦ ἐκβεδηκότος· ὁ δὲ πονηρὸς ἐτόλμα μὲν καὶ ἐθρασύετο λαβεῖν, ἀντέλαθε δὲ τῆς τυραννίδος

referat, neque ejus vulneribus, dum prætorum facinus spectat, dolet; sed tamen postea plagas ipsas per se considerans, atque his commotus, cruentam victoriam haud læto animo aspicit: sic Pater quatenus gentis humanæ hostem a Filio suo acceptis in corpore vulneribus profigatum videbat, dignam Deo lætitiā capiebat, Filiique fortitudine gloriabatur: quatenus vero charissimus ille plagis atque vibicibus onerabatur, id per se, inquam, æquo animo non ferebat. Cæteroque plus voluntatis in passione Christi, quam in proposito exemplo versatum est. Nam quod attinet ad exemplum, dum vulnera quidem imponuntur, incerta adhuc victoria, tetrum imperatori spectaculum est, nondum hostibus inclinatis; verum in Christi passione ipso vulnere initio, imo priusquam cruenti illi Servatorem plagis allicerent, splendidum coruscabat tropæum: neque minore perspicuitate quam postea visum est, cum ii scelesti immane facinus jam perpetraverant. Quippe Deo futura quoque præsentium instar sunt, isque pari utriusque temporis scientia utitur: et seu quæ adhuc eventura sunt, seu quæ jamdiu præterierunt, seu denique quæ in præsentem adsunt, æquali apud Deum conditione fruuntur. Jam nullam itaque dubitationem patitur, quod Filii obitus et voluntarius Patri fuerit et involuntarius. Kursus æque indubitatum est, stødiose in facinus ab antiquo naturæ nostræ hoste fuisse curatum; itemque acerbissimam omnium cladem, re effecta, diabolus suo sibi studio intulisse. Etenim his qui Servatoris cruore gaudebat etque inhiabat, gaudio suo visceribus nondum recepto, mortiferum vulnus atque ineluctabile exitium peressus est. Contra Pater, etsi sanguinis effusione illico non est gavisus, nihilominus, rei exitum spectans, summopere delectabatur, atque hunc eum ingenti lætitiā exspectabat: haud sane quod Filii cadem per se ipsam expeteret; sed ob ejus fructum, ut diximus, hanc amplectens atque in rei placitæ loco ponens.

4. Porro autem hinc potes veteris quoque quæstionis dissolvendæ occasionem ultroneam, si libet, capere: quæ sane quæstio quanquam sacræ scientiæ studiosis non est incognita, nunc tamen non sine fructu ad communem omnium notitiā proferetur. Si pretii loco Servatoris sanguis datus fuit, qui nostri generis a captivitate redemptionem curaret, quia ejus receptor est? Patri certe haud erat grata Filii cædes: latroni autem et homicidæ diabolo quidni sit nefarium Dominici sanguinis potestatem tribuere? Aliæ quidem multæ quæstiones solutiones sunt, quas paulo post memorare non erit fortasse intempestivum: sed hæc spõnte ex ante dictis fuit, quod nempe Pater Filii sanguinem boni fructus studio suscepit; diabolus autem cum furore et audacia ad

NOTE.

(38) Super hac quæstione celebratum postea fuit apud Græcos multorum episcoporum concilium, sub Manuele imp. Commeno, quod accurate

commemoratur etiam Ephræmius a me editus in Cæsariibus v. 4742 seqq. Ipsos prædicti concilii actus ego brevi editurus sum.

accipiendum raperetur, tyrannidis suæ vice versa A perniciem retulit, atque inopinam et sine medela plagam : de qua pridem suspicans, partim quidem ad crucem ruebat, partim retinebatur atque a sacrilego impetu abstinere. Atque adeo quæstio hæc jam non poterit piorum auribus esse molesta. Cæteroque nihil vetat quominus nuper promissa faciamus. Redemptis pretium duplici sub notione considerare licet, nimirum ut captivorum redimias, atque ut captivorum Domino donum. Christi sanguis quatenus redimiarum vice fungitur, sane pretium redemptionis dici potest; verumtamen quatenus donum manoni est, illo nomine uti nequit. Et quidem alia multa redemptionis proprie dicto pretio insunt, quæ arcanæ huic et inenarrabili œcονομίæ non congruunt. Siquidem qui pretium dedit, quia rei ejus deinceps dominus esse non potest, detrimentum necessarium patitur : contra qui accipit, lucro augetur, fitque rei dominus, quæ in ejus potestate antea non erat. Nunc omne contra est. Qui pretium obtulit (quandoquidem omnia in Dei potestate sunt, neque ipsius Abelis neque martyrum sanguis ab ejus providentia dominioque abfuit), hic, inquam, nullum cepit detrimentum. Nam quis omnino dicere velit, ab eo qui famulorum suorum, et quorum sanguis exhaustus fuit, curam gerit, quique mortuorum ut viventium clamores audit; quis, inquam, dicat, salutarem et qui orbem vivificat sanguinem, in thesauris providentiæ suæ ab eo non fuisse incolumem conservatum, atque ab omni corporea corruptione protectum? Non igitur damnum pertulit qui pretium contulit : imo universi generis nostri clemens Jesus salutem lucratus est. Qui vero se accepturum putabat, dum de suo unice lucro cogitat, illam quoque amisit, cujus vires tautopere jaclabat, tyrannidem. Quare Dominicus salutaris sanguis pretium revera redemptionis est, quia nos captivitate expedit : sed idem a redemptionis pretio differt, tum quia illi, qui naturam nostram fraudulenter servitio oppressit, non est oblatum; tum quia pretii quidem præclarum lucrum esse solet, nullo damno comite : attamen diabolo captivorum hero duplicatum potius summamque damnum evenit. Præterea redemptionibus aliis pacifica verba præeunt; hic dum pretium redemptionis persolvitur, justum Dei judicium, quam firmissime olim decreverat in hostem pœnam, eam hoc potissimum tempore facinoribus ejus inflixit. Denique in cæteris redemptionibus scœdera quædam vel ad longum vel ad breve tempus feriuntur; in hac, de qua agimus, nihil tale suspicari licet. Atque ejusmodi aliæ plurimæ differentiæ sunt. Quare fieri non potest ut oratio necessitatem præ se ferat, quemadmodum eam obtendere potest, cum vox redimæ primario sensu intelligitur. Nam figurate hoc loco, si unquam alias, vox accipitur.

Quod simul divinæ personæ, licet in una Divinitate spectari, imo, si vis, et cognosci, et contineri dicuntur, tamen Divinitas non appellentur; hoc poterit hanc haud absurdam habere rationem, quod scilicet neque singulas beatas illas, creatricesque personas per se Divinitatem nuncupare possimus. Cur autem unamquamque illarum augustissimarum hypostaseon Deum quidem, at non pariter Divinitatem vocemus, hic fortasse perpendi debet : potius est autem in antecessum investigandum (quippe quia propositæ quæstionis caput inde occasionem accepit) utrum Deus ac Deitas idem sint, an aliud. Namque si aliud, quidnam hoc est, et quidnam in Deo? Si vero idem, quomodo quævis illarum vivificantium personarum Deus, et non Deitas appellatur? Qui discriminis causam in vocabuli forma quærunt, quod nempe alterum sit masculini generis, alterum vero ad feminini modum inflectatur, ac propterea non possit pariter de Patre, de Filio, et de Spiritu sancto utrumque usurpari, ex hoc ipso refelluntur : etsi enim nomen Πνεῦμα (Spiritus sanctus) nostra lingua prolatum neutrius sit generis, tamen Deus non minus, quem Pater, et Filius nuncupatur; et generis nominum diversitas non fuit impedimento, quominus hæc appellatio induceretur, quam et idem vocis genus non complectebatur : imo magis perspicue, quam hoc, vox essentia, utut ad aliud genus pertineat, tamen æquo jure de Patre, Filio, et Spiritu sancto enuntiatur : eas siquidem personas ipsam divinam

Quid ergo dicendum superest? An quod, quem-

NOTÆ.

(44) Profecto ubi de divinis operibus, ac præsertim de scelerum permissione sermo instituitur : tunc præcipue sunt, uti scriptum est Sap. ix, 14. *Cogitationes hominum timidæ, et incertæ providentiæ* : idque humanæ menti omnino impervium esse pluries docuit Apostolus, Rom. xi, 33; I Cor. ii, 16. Nihilominus minus rationes illæ, ut aiunt, congruentiæ, quas Photius affert, ab iis, quæ in Patrum operibus occurrunt, non nimis absunt. Videtis inter Græcos Irenæum iii, 4. Just. quæst. 13, ad Orth. Orig. hom. in Matth. Chrysost. hom. 2 in var. Ev. Eusebium Emissen. ; inter Latinos autem August. iii; de exposit. Symb. 4, et Serm. 8 de sanctis, Prud. hymn. Epiph. Fulgent. de Epiph. et libro *De Fide ad Petrum* 3 et 39; Leo. serm. I de Epiph. Bernard. serm. de Innoc. et homil. in

D Cantica 60.

Cæterum per Innocentium eadem, uti monet historia, factum est, ut non solum Judæi, et Samaritani, sed gentes pene omnes tempus magni illius Messie, qui jamdiu expectabatur, a Prophetis prædictum advenisse audirent, atque ita prædicationi evangelicæ via sterneretur.

(45) In Coisliniano codice legitur οὐδ' ἅμα τὰ τρία, et in Vaticano ἀλλ' οὐδ' ἅμα τὰ τρία; tametsi maleferiati ejusdam critici, vel emendatoris manu hodiernum τὸ οὐδὲ deletum videatur. In Taurinensi vero ἀλλ' ἅμα τὰ τρία, et hanc lectionem sensui consentaneam esse temerè Josephus Pasinius affirmat, siquidem ipsum responsionis initium refragatur.

admodum nomina homo et humanitas non ad alium atque alium sensum spectant; et nihilominus illud de Socrate nullo impedimento usurpatur, hoc autem nequaquam; ita quoque voces illæ Deus, et Deitas, licet diversas ideas non contineant, nequeant tamen de divinis personis pariter dici? At dicet fortasse elegantiorum hominum quispiam, quod augeat hoc, non diluat propositæ quæstionis difficultatem; atque petitionis principii suspicionem minime effugiat. Hos autem rem accurate non fuisse assecutos inde patet, quod non e re simili ad rem propositam in quæstione fiat transitio, neque id obscuritatem augeat, imo neque primam interrogandi causam, quasi cognitam, supponat; atque hinc potius isti rectum non tulisse iudicium arguuntur. Si enim in naturæ sermone huiusmodi vocabulorum conditio animadvertitur in illis rebus, in quibus identitas non læditur, atque in enuntiationibus ipsa vocabula usum non similem habent; quomodo evidens et perspicuum non est, quod neque abstrusum putandum sit, neque absurdum in theologia, quæ a materie longo intervallo distat, quæque maxima difficultate humanam mentem undequaque gravioribus implicat quæstionibus, in quibus neque ulla alta voce admissum licet quæstionem exprimere; in his, inquam, quoque modo huiusmodi comminisci usum vocabulorum, quæ, etiamsi rebus corporeis veteri et recepto iudicio accommodari, atque idem significare videantur, eodem tamen pacto prædicari non possunt? Ubinam itaque difficultas hic augetur, aut causa pro causa ponitur?

Novi autem quosdam, qui dubium diluere arbitrantur hominem, ac naturam, speciemque humanam assumendo, quæ quodammodo in idem invicem concidere videntur; in Socratis autem prædicatione diversitatem, non convenientiam proferunt. Socrates enim homo quidem dicitur, at neque species, neque natura, si vis autem, neque forma his conjuncta appellari poterit. Hos autem fugit, ut videtur, quomodo sit de nominibus iudicandum, et quod quæcunque ad physicas res nomina pertinent, ipsa ad res significatas luculenter, ac proprie serantur: quæ vero a dialectica oriuntur speculatione, et dialecticum quemdam involvunt sensum, hæc ad significatas naturæ res vi propria non pertingunt. Homo vero et humanitas, necnon Divinitas, et Deus non sunt logicæ subtilitatis commentationes, sed existentis rei nomina: attamen ex his quædam quoque vestigia ingredi fas est, quæ ad dubii solutionem adducunt. Etenim cum hæc secum invicem comparantur, rerum scilicet nomina, et ea quæ logicam in verbis subtilitatem habent, non minimam in ipsa differentia mutuam communicationem retinent. Verba enim singularibus rebus tributa et involvunt ista nomina, et ipsis innuntantur,

ἢ ἀνθρωπότης οὐκ ἄλλον, καὶ ἄλλον παρδεχόμενα λόγον, ὁμοῦ τὸ μὲν λέγεται κατὰ τοῦ Σωκράτους ἀκωλύτως, τὸ δὲ οὐκ εἶ: οὕτω καὶ ἡ θεὸς φωνή, καὶ ἡ θεότης, οὐκ εἰς ἕτερον, καὶ ἕτερον ἀναπτυσσόμενα νόημα, οὐχ ὁμοίως δύνανται καὶ τῶν θεαρχικῶν ὑποστάσεων λέγεσθαι; Ἄλλὰ εἴποιεν ἂν τις ἴσως τῶν χαριεστέρων· ὡς αὐθιγῆς ἐστίν, οὐ λύσις τοῦ ἀπορήματος τοῦτο, καὶ τὴν τοῦ ἀπ' ἀρχῆς αἰτεῖσθαι ὑπόψιν οὐκ ἐκφεύγει. Τοὺς δὲ μάθοις ἂν ἐντεῦθεν, ὡς διαπέφευγε τὸ ἀκριβές· οὐ γὰρ ἀπὸ τοῦ ὁμοίου πρὸς τὸ προκειμένον ἐπὶ ζήτησιν μετάδοσις, οὕτε κρατύνει μᾶλλον τὸ ἀπορον· ἀλλ' οὐδ' ἐπισύρει τὴν αἰτίαν τοῦ ἀπαρχῆς αἰτεῖσθαι· ἐκεῖθεν δὲ μᾶλλον διελέγχοιεν· ἂν οὐκ ὀρθὴν ὑπελθόντες τὴν κρίσιν. Τὸ γὰρ ὀρθὴν ἐν φυσιολογίᾳ τοιαύτην ὀνομάτων θέσιν, ἐν οἷς καὶ τὸ ταυτὸν οὐ λυμίνεται, καὶ πρὸς τὸ κατηγορεῖσθαι τὴν χρεῖαν οὐχ ἐμοίαν παρέχεται, πῶς ἐστὶ σαφῆς τε, καὶ ἀναντιρρήτος παράστασις τοῦ μηδὲν ἀπορον νομίζειν, μηδὲ παράλογον ἐν τῇ πολλῇ τῆς ὕλης ὑπερκαυμένη (46) θεολογίᾳ, καὶ πολλῇ πανταχόθεν τὸν ἀνθρώπινον νοῦν ἐν τοῖς βαθυτέροις τῶν ζητημάτων ἀπορία περιτειχιζούσῃ, ἐφ' ᾧ οὐδὲν οὐδὲ τῶν ἄλλων ὀνομάτων οὐδενὶ ῥᾶδόν ἐστι δηλώσαι τοῦ ζητουμένου τὴν ἀκριβεῖαν· ἐπὶ τούτων ἀμωσγέπως τοιαύτην φωνῶν ἀνευρίσκειν χρῆσιν, αἷ κἀν τοῖς ἐνύλοις ὀρθῶνται καλαῖα καὶ συνήθει κρίσει ἐναρμόττουσαι, καὶ τῆς μὲν ταυτότητος οὐκ ἐξιστάμεναι, ἐν δὲ τῇ κατηγορεῖσθαι διεστάμεναι; Πού τοίνυν ἐνταῦθα ἡ τῆς ἀπορίας ἐπίστασις, ἢ τῆς ἄλλης αἰτίας ὑπόληψις;

Τινὰς δὲ λύειν νομίσαντας οἶδα ἐκ τοῦ τὸν ἀνθρώπον παραλαβεῖν, καὶ τὴν φύσιν, καὶ τὸ εἶδος· ἂ δοκῆ μὲν πῶς ἀλλήλοισ ἐἰς ταυτὸν συνιέναι· ἐν δὲ τῇ τοῦ Σωκράτους κατηγορίᾳ τὴν διάστασιν ἀντ' τῆς ὁμολογίας ἐξοικειοῦνται. Ἀνθρώπος μὲν γὰρ ὁ Σωκράτης, οὕτε δὲ εἶδος, οὕτε φύσις, εἰ βούλει δὲ, οὐδ' ἡ συνταττομένη τούτοις μορφή δύναται ἂν λέγεσθαι. Λαοθάνη δὲ τούτους, ὡς εἰσικεν, ἡ τῶν ὀνομάτων διάκρισις, καὶ ὅτι ὅσα μὲν ἐστὶ φυσικῶν πραγμάτων ὀνόματα, ταῦτα περιφανῶς τε, καὶ καθαρώς κατὰ τῶν ὑποκειμένων φέρεται· ὅσα δὲ διαλεκτικῆς προήλθον ἐπινείας, καὶ διαλεκτικόν τινα περιέχουσι νοῦν, ταῦτα τῶν ὑποκειμένων τῆς φύσεως ἔργων ἰσχύον οὐκ ἐχει διαδιδάξεσθαι. Ὁ δὲ ἀνθρώπος, καὶ ἡ ἀνθρωπότης, καὶ ὅτι καὶ ἡ θεότης, καὶ ὁ θεὸς οὐ λογικῆς ἐστὶ τεχνασμάτων προβλήματα, ὑποκειμένου δὲ πράγματος ὀνόματα· πλὴν κἀκ τούτου ἐστὶν ἔχνη τινὰ λαβεῖν πρὸς τὴν τῆς ἀπορίας λύσιν ἐνάγοντα. Καὶ γὰρ ἀλλήλοισ ταῦτα συνιέντα, τὰ τε τῶν πραγμάτων ὀνόματα, καὶ ἅπτερ τῆς λογικῆς ἐντροχίας, τυγχάνει πρὸς βήματα, οὐκ ὀλίγην ἐν τῇ διαστολῇ τὴν πρὸς ἀλληλα κοινωνίαν ἀσπάζεσθαι (47). Περιέχουσι γὰρ τὰ καθ' ἕκαστα καὶ ταῦτα, καὶ ὑπερίδρυται τούτων, καὶ πρὸς ἐκεῖνα λέγεται, εἰ καὶ μὴ

NOTÆ.

(46) Vide an scribi debeat ὑπερκαυμένη, vel saltem ὑπερκαυμένη.

(47) Corrigeas velim ἀσπάζεται. vel ex præcæjenti periodo resumias ἐστίν.

κατὰ τὸν ὁμοιον τρόπον. Φαμέν γάρ Σωκράτην φύσιν, καὶ εἶδος, καὶ μορφήν, εἰ καὶ μὴ τῶν ἐν τῇ προτάσει μερῶν, ὥσπερ ἐν ταῖς φυσικαῖς ὁράται φωναῖς, ἐκάτερον ὁμολόγως κατὰ τὴν ὀνομαστικὴν προάγεται κλήσιν.

Ἐπι δὲ φαμέν τὸν τε ἀνθρώπον, καὶ τὸ ζῶον λογικόν, θνητὸν, ταυτὸν· ναὶ μὲν καὶ τὸ γελαστικὸν ἐκατέρῳ· οὐ μὴν, ὅσα περὶ ἐνὸς τούτων λέγεται, καὶ περὶ τῶν λοιπῶν δυνατὸν ἐστὶν εἰπεῖν. Τὸ μὲν γὰρ εἶον ἀνθρώπου, τὸ δὲ ὄρος, οὐδέτερον δὲ τούτων ὁ ἀνθρώπος ῥηθεῖη ἢ ἀνθρώπου· καίτοι κατὰ τὸ μάλιστα ταυτὸν τὴν ταυτότητα διεκλήρωσαντο ταῦτα. Πλὴν τὸν εἰρημένον περὶ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ τῆς φύσεως, καὶ τοῦ εἶδους λόγον κἀνταῦθα λαβεῖν ἐστὶ τὴν τούτων κρίσιν ἀναδεχόμενον. Καὶ γὰρ ἀφαιρουμένων τῆς λογικῆς φωνῶν ταυτὸν ἐστὶν ἕκαστον ἀλλήλων τῶν τριῶν.

Ἄλλὰ ἐπὶ μὲν τῶν εἰρημένων αἰτιάσαιτ' ἂν τις τὸ ἑτερογενὲς τῶν φωνῶν μεταρρυθμίζων εἰς τὸ εὐπορον τὴν ἀπορίαν. Ἐπὶ δὲ τοῦ ῥηθησομένου τί ποτ' ἂν ἐρεῖ; Ὁ μὲν γὰρ ἀνθρώπος ἐστὶν οὐσία, καὶ ζῶον· ταυτὸν δὲ ἂν τῷ ἀνθρώπῳ τὸ γελαστικόν, ἔπερ ἐστὶ φυσικοῦ πράγματος φωνή, οὕτε οὐσία, οὕτε ζῶον ἂν ῥηθεῖη· ἐπεὶ ὁ ἀνθρώπος, πολλοὶ ἂν εἴησαν οὐσίαι, καὶ ζῶα. Ὡστε οὐκ ἐξ ἀνάγκης ἔπειται θατέρῳ τῶν συναπομένων τῇ ταυτότητι ὅσα καὶ τῷ ἑτέρῳ παρέπεται, ἢ ὁ λόγος οὗτος διορισμοῦ δείξαι. Εἰ μὲν γὰρ γελαστικὸν λέγων τις τὴν τοῦ ἰδίου ἔννοιαν ἐνδέχεται, οὐκ ἂν οὕτε ζῶον, οὕτε οὐσία τοῦτο εἴη· εἶδ' αὐτὸ τὸ ὑποκείμενον διὰ τῶν φωνῶν τούτων παραδηλοῦσιν, οὐχ ἑτερά τινα, ἀ καὶ ἀπαρχῆς ὑπῆρχεν ἐκεῖνῳ, προσέτι συνάγουσι· καὶ μᾶλλον ἂν ἐπεῖχε χώρων μῆτε λογικὸν ζῶον λέγειν, μῆτε σῶμα· ἀλλὰ μῆδὲ οὐσίαν ὑπάρχειν τὸν ἀνθρώπον, ἵνα μὴ τοιοῦτον πληθὸς κληρημάτων Σωκράτην καταλείψεται. Πλὴν εἰ καὶ καὶ ἕκαστον μέρος τῆς διαιρέσεως ὁράται μὴ τῷ ἑτέρῳ συνεπόμενα, ἀ συνόντα τῷ ἑτέρῳ ἐγνωρίζετο, οὐδὲν ἤττον ὁ λόγος εὖρετο σπουδαζόμενος· οὐδὲ γὰρ εἰ με (48) πάντα, ὅσα ταῦτα προὔκειτο, δείξαι τὴν διαφορὰν ἐξοικειούμενα· ἀλλ' ἤρκει τῷ λόγῳ παραστήσαι, εἰ τινα (49) ἐν τοῖς τοιοῦτοις λεγομένων ἐν τῇ πρὸς ἄλληλα κοινωνίᾳ καὶ τὴν ἑτερότητα διασώζουσι.

Ὅσον δ' ἂν τις ερη, ὡς οὐδὲν τῶν παραδειγμάτων εἰς ὁμοιότητα τοῖς ἀπ' ἀρχῆς ἠπρημένοις συνέρχεται, οὕτε ἴδιον θατέρου θάτερον, οὕτε ὄρισμὸς, ἀλλ', ὡς ἂν εἴποι τις, ὀνόματα δύο περὶ ἓν ὑποκείμενον ἀναστρεφόμενα, ὡς λῶπιον, καὶ ἱμάτιον. Πῶς οὖν, φασιν, ἐν σοῖς προνομίοις τὸ ἕτερον τοῖς αὐτοῖς, οὐχὶ καὶ θάτερον ἐπιγινώσκειται; Οἶδα μὲν οὖν ἐν ταῖς γυμνασίαις λόγον εἰρημένον τοιοῦτον· ὡς ὁ μὲν ἀνθρώπος, καὶ ἡ ἀνθρωπιότης τὸ αὐτὸ μὲν ὑποκείμενον

A simulque referuntur ad illa, licet non eadem ratione. Dicimus enim Socratem naturam, et speciem, et formam, etiamsi non alterutra propositionis pars, quemadmodum in physicis cernitur vocabulis, eodem pacto in appellationis conditione producat.

Præterea dicimus hominem et animal ratione præditum, et morti obnoxium idem esse, imo etiam risibile utrumque: non tamen, quæcunque de quopiam horum dicuntur, de reliquis quoque possunt enuntiar. Hoc profecto hominis proprium est, illud vero definitio: neutrum tamen horum in homine homo nuncupari licet; et si hæc uni, quod idem omnino est, eadem sint. Præterquam quod sermo ipse, qui de homine, natura ac specie factus est, hic quoque ad iudicium de istis ferendum usurpari potest. Nam idem est, si logicas voces excipias, quod a singulis his tribus indicatur.

Jam vero in his, quæ dicta sunt, dicit fortasse quispiam, ut in perspicuis tenebras obsundet, ex generis diversitate causam distinctionis erumpere. At ad ea, quæ adjiciemus, quid reponet? Homo nimirum substantia et animal est: interea licet idem sit, quam homo, risibile, quod physicæ actionis est nomen, id tamen neque substantia, neque animal vocari debet: quia multe substantiæ, multaque animalia homo esset. Quamobrem alterum coeuntium in idem non necessario sequuntur quæcunque et alterum comitantur, vel certe distinctio in hujusmodi sermone adhibeatur, oportet. Si quis enim risibile dicens proprietatis notionem consideraret, hæc neque animal esset, neque substantia: quod si alii ipsum subjectum per has voces velint denotare, non alia quædam, quæ a principio illi non inerant, superaddunt: atque id potius copiam adimit dicendi hominem animal esse rationale, corpus imo et substantiam, ne tanta tricarum multitudo Socratis ideam destruat. Itaque, tametsi in alterutra divisionis parte quæcunque adesse deprehenduntur in altero, ad alterum confluere non animadvertantur, sermo tamen non minus accuratus invenitur: nec enim opus erat, ut omnia, quæ ita se habebant, secum invicem convenire ostenderentur: verum satis erat, ut sermo proderet, quod aliqua eorum, quæ proferuntur, in ipsa mutua communione diversitatem quoque retineant.

Atqui id tantum reponat quispiam, quod nullum ex adductis exemplis eum proposita quæstione habeat aliquid commune; quippe in ea alterum verbum non est alterius proprietas, vel definitio, sed dici possunt duo nomina, quæ circa unum subjectum versantur, veluti vestis et indumentum. Quomodo itaque, inquirunt, his in antecessum constitutis alterum, et non alterum ipsis divinis personis tributum invenitur? Novi nimirum in sco-

NOTÆ.

(48) Pro duabus istis voculis τὸ ἐχρῆν, ni fallor, reponendum esset.

(49) Ita omnino pro τὶ scribendum autumo.

lasticis exercitationibus hoc dici solitum, quod scilicet homo, et humanitas idem indicent subjectum; sed non eodem pacto accipiantur; idque fortasse tu pariter memineris. Sane cum hominem dicimus, naturam individuo inhærentem intelligimus; cum vero humanitatem, ipsam quidem hominis naturam, sed non inhærentem, at qualem mens a materie abstractam secundum se considerat. Quare idem sunt homo et humanitas, sed modum significandi diversum habent: ac propterea necesse non est, ut in quibuscumque alterum animadvertitur, in ipsis conspiciatur et alterum. Modus enim significandi in quibus invicem mutatus est, in iis mutatum quoque loquendi usum reddere debet. Idcirco et Socratem recte hominem appellamus, at non præterea humanitatem. Etenim permutando enuntiationis formulam Socratem probe dicimus habere humanitatem, ac ab ipsa res ad individua pertinentes, uti et ab homine contineri; siquidem in huiusmodi loquendi modis ipsarum rerum identitas servari videtur. Etsi itaque non secundum eundem modum, in quibus homo dicitur, in ipsis cumdem humanitas apposite dici; jure tamen quispiam dicet quod et individua contineat humanitas, et complectatur hæc Socratem, atque ipsa ex individuis abstracta fuerit.

Porro ratio loquendi de naturalibus ad solvendam de rebus naturam excedentibus quæstionem opportuna est. Sed quæ hactenus enucleavimus juvenum esse, qui in dialecticis palæstris adhuc fortasse currunt, nondum autem ad bravium, quod veritatis agnitio donat, pervenerunt, existimanda sunt. Quomodo enim humanitas et ab individuis abstrahitur, et ab ipsis habetur? Quomodo autem individua continet, dum non potest omnibus modis de ipsis enuntiarī? Habere profecto, et esse, etiamsi brevi litterarum varietate distent, magnam tamen rerum diversitatem important.

Facilius autem foret objectum ab identitate desumptum diluere: quandoquidem, etiamsi demus hominem et humanitatem idem esse, necessario tamen non sequitur, ut altero prædicato prædicetur et alterum. Socrates enim idem est ac homo; modo alterum de altero non enuntietur: quippe de Socrate probe prædicatur homo, sed non item Socrates prædicationem homini reddit: profecto dicitur, Socrates quidem est homo: non autem, homo est Socrates. Quare difficile non est, ut in quibusdam nominibus diversitas cum identitate prodeat.

Quod autem exposuimus, cum per comparationem persuadere nitatur, ad propositam quæstionem solvendam eandem vim non exserit; siquidem in allatis exemplis aliquid commune est, aliquid vero peculiare: at in divinis communicatione æque gaudet alterutrum. Quænam igitur solutio erit, quæ omni ex parte

δηλοῦσιν, οὐχ ὡσαύτω; δὲ παραλαμβάνονται· καὶ σὺ δ' ἂν ἴσως ἀναμνησθεῖς. Ἦνίκα μὲν γὰρ ἀνθρώπων φάμεν, τὴν ἐγκατατεταγμένην τῇ ὑποστάσει φύσιν λογιζόμεθα· ἦνίκα δ' ἀνθρωπότητα τὴν αὐτὴν μὲν ἀνθρώπου φύσιν, οὐ τὴν ἐγκατατεταγμένην δὲ, ἀλλ' ἦν ὁ νοῦς ἐξαιρῶν τῆς ὕλης καθ' ἑαυτὴν πολυπραγμονεῖ. Ὅστε ταυτὸν ἐστὶν ὁ ἀνθρώπος, καὶ ἡ ἀνθρωπότης, καὶ τρόπος ἕτερον παραλλάττοντα· διὸ οὐκ ἀναγκαῖον, ὅσοις ἐνθεωρεῖται τὸ ἕτερον, τοῖς αὐτοῖς ὁρᾶσθαι καὶ θάτερον. Οἷς γὰρ ἀλλήλων παρελήλακται, παρελλομένην πάντως καὶ τὴν χρεῖαν παράσχοιτ' ἂν. Διὸ καὶ ἀνθρώπον μὲν εὐλόγως φάμεν τὸν Σωκράτην, ἀνθρωπότητα δὲ οὐκ ἔτι. Ἐν γὰρ τῷ παραλλάττοντι τῆς κατηγορίας ἔχειν μέντοι τὴν ἀνθρωπότητα τὸν Σωκράτην ἐροῦμεν· καὶ περιέχεσθαι τὸ καθ' ἑκάστον ὑπ' αὐτῆς, ὡσπερ ὑπὸ τοῦ ἀνθρώπου· ἐν τοῖς τοιοῦτοις γὰρ αὐτῶν ἐδόκει καὶ ἡ ταυτότης. Ὅστε εἰ καὶ μὴ τὸν αὐτὸν τρόπον, ἐφ' ὧν ὁ ἀνθρώπος λέγεται, ἐπ' αὐτῶν ἀρμόζειν δύναται καὶ ἡ ἀνθρωπότης. Ἀλλὰ περιεκτικὴν τε εἶναι τῶν ἀτόμων καθαρῶς ἂν τις τὴν ἀνθρωπότητα φάιη, καὶ ἔχειν ταύτην τὸν Σωκράτην, καὶ θεωρεῖσθαι αὐτὴν ἐκ τῶν ἀτόμων.

Ὁ δὲ ἐπὶ τῆς φύσεως λόγος εἰσιμὸς ἐστὶ καὶ περὶ τῶν ὑπερφῶν τὴν ἀμφισβήτησιν διαλύειν. Ἀλλὰ τὰ μὲν προσεχῶς εἰρημένα, σκιρτώντων ἴσως ἔτι μετὰ τὰς διαλεκτικὰς παλαιστρας, οὕτω δὲ τῶν εἰς τὸ βραβεῖον ἀφιγμένων, ὃ χαρίζεται τῆς ἀληθείας ἢ κατάληψις, νομιστέον. Πῶς γὰρ ἡ ἀνθρωπότης καὶ ἐξήρηται τῶν ἀτόμων, καὶ ὑπ' αὐτῶν ἔχεται; Πῶς δὲ περιέχει ταῦτα, μὴδ' ὅλων αὐτῶν κατηγορουμένη; Τὸ γὰρ ἔχειν, καὶ τὸ εἶναι, κεν γραμμάτων ἐναλλαγῆ βραχεῖα δίσταται, μεγάλην πραγμάτων ἀπαγγέλλει ἑτερότητα.

Τὴν δ' ἀπὸ τῆς ταυτότητος καταδρομὴν εὐχερέστερον ἀναστῆλιν ἂν εἴη· οὐχ ὡς ἀνάγκη (50) τις, εἴπερ καὶ δοίη ταυτὸν ἀνθρώπῳ τὴν ἀνθρωπότητα, κατηγορουμένου τοῦ ἑτέρου καὶ τὸ ἕτερον κατηγορεῖσθαι. Ταυτὸν γὰρ ὁ Σωκράτης τῷ ἀνθρώπῳ, εἴπερ οὐχ ἕτερον ἑτέρου κατηγορεῖται. Ἀλλὰ γὰρ τοῦ Σωκράτους μὲν κατηγορεῖται δὴλον ὁ ἀνθρώπος, οὐκ ἔτι δὲ ὁ Σωκράτης ἀναποδίδωσι τῷ ἀνθρώπῳ τὴν κατηγορίαν· λέγεται μὲν γὰρ ὁ Σωκράτης ἀνθρώπος, οὐκ ἔτι δὲ ὁ ἀνθρώπος Σωκράτης. Ὅστε οὐκ ἄπορον ἐπ' ἐνίων ὀνομάτων λέγειν συμπεροῖναι τὴν ἑτερότητα τῇ ταυτότητι.

Ἀλλὰ ἐστὶ (51) καὶ τὸ ρηθὲν παραδειγματικὴν πιθανότητα φέρον οὐ τὴν αὐτὴν ἰσχὺν προβάλλεται τοῖς ἐξ ἀρχῆς ἠπορημένοις παρασχεῖν τὴν λύσιν· καὶ γὰρ ἐνταῦθα τὸ μὲν κοινὸν, τὸ δὲ τῶν καθ' ἑκάστον· ἐν ἐκείνοις δὲ παραπλησίως ἐκάτερον ἀπολαύει τῆς κοινότητος. Τίς οὖν ἡ πανταχόθεν καὶ

NOTÆ.

(50) Vocem hanc corruptam asservat codex, quippe habet ἀν' ἀγνη; ac fortasse pro ὡχ ὡ; opportunius esset ὡς οὐχ.

(51) Verbum substantivum otiosi videtur, εὐπιπρο προβάλλεται προβάλλεσθαι legendum erit.

πάσης λαβῆς ἀνακεχώρηκε λύσις; Καὶ γὰρ, ὅτι μὲν οὐ πάντα τὰ εἰς ταυτὸν συνιέντα κατὰ πάντα κοινω-
νοῦν ἀλλήλοις ἀπαιτεῖται, δέδεικται τρόπον τινά· καὶ
ὅτι ἡ ἀπὸ τῆς ἀνθρώπου, καὶ τῆς ἀνθρωπότητος
φωνῆς προτεινομένη χρῆσις τὴν ἐν τῇ θεολογίᾳ δια-
λύει ἔριν. Τάχα δ' ἂν ἐπὶ μέρους ἔτι μένει τὸ ζήτημα
καὶ τὸν ἔρωτα τῶν φιλοσοφῶν αἰρουμένων ἀναφλέ-
γειν· ὅτι μὴ καὶ τὸ λοιπὸν συνορᾶν χειραγωγίαν
εὐροι.

Τί οὖν ἔστι φάσαι; Τί δὲ σοφώτερον ἕτερον πρὸς
τὴν ἐξ ἀρχῆς ἀπορίαν, ἢ διότι ἡ μὲν Θεὸς φωνὴ τὴν
τε φύσιν εἴωθε δηλοῦν, καὶ τῶν ἀτόμων ἕκαστον οὐ-
δὲν ἔλαττον πέφυκε σημαίνειν· ἡ δὲ Θεότης σιμαν-
τικὸν τε, καὶ δηλωτικὸν αὐτῆς γε μόνης τῆς φύσεως;
Διὸ περιετικὸν μὲν ἡ Θεότης, ὡσπερ καὶ ἡ φύσις,
εἰκότως ἂν ῥηθῆι τῶν ὑποστάσεων· οὐδὲ δὲ Θεότης
τῶν ὑπ' αὐτῆς περιεχομένων (καὶ γὰρ οὐδὲ φύσις)
δύναται λέγεσθαι. Ἡ δὲ Θεὸς φωνή, ὡσπερ περι-
ληπτικὸν, οὕτω δὴ καὶ δηλωτικὸν τῶν ὑπερφῶν
ὑποστάσεων· διὸ καὶ ἀκολούθως ὁ λόγος ἕκαστον
τῶν τριῶν Θεῶν ὀνομάζειν ἐπίσταται.

Εἰ δὲ τις αἰτίαν νεανειούμενος ἐπιζητεῖ, τί δὴ ποτε
ἡ μὲν ἀνθρωπότης τὴν φύσιν, ὁ δὲ ἄνθρωπος καὶ τὴν
φύσιν, καὶ τὸ καθ' ἕκαστα πέφυκε δηλοῦν· ἐλήθην
ἑαυτὸν ἐν τῷ νομίζειν σοφίας ὑπόληψιν θηρᾶν, εἰς
ἀμαθίαν ἐκφέρεσθαι, ἀρχὰς ἐπιζητῶν τῶν ἀρχῶν,
καὶ τῶν ἀναιτίων ἀπαιτεῖν αἰτίας ὑποσυρόμενος.
Ἄλλὰ ταῦτα μὲν ὁ κεφαλαϊώδης τοῦ λόγου τύπος.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΚΗ'.

Εἰ τοῦ αὐτοῦ αἰτίου πρόεισιν ὁ Υἱὸς καὶ τὸ
Πνεῦμα, πῶς οὐχὶ τὴν τῶν ἀδελφῶν ἀναδέ-
ξονται κλήσιν, καὶ τὴν τοῦ Υἱοῦ προσηγορίαν
ὑπέλλοι τὸ Πνεῦμα;

Redita ab Ant. Scotto, l. c., p. 26. Dogmatica de Trinitate.

Ἡ μὲν πρόδος, ὡ βέλτιστε, ἄμα τε καὶ ἀδιαστά-
τως ἔκ τοῦ Πατρὸς τῷ τε Υἱῷ, καὶ τῷ Πνεύματι
θεολογείται. Οὐδεὶς δ' ἀναγκάσει λόγος εἰς τὴν τοῦ
Υἱοῦ μεταπεσεῖν προσηγορίαν, ἢ τὴν ἀδελφικὴν ἀνα-
δέξασθαι σχέσιν· ὅτι μὴδὲ τὸ ἀνάπαλιν ἐννοεῖν, ἢ
λέγειν, ὡς ὁ Υἱὸς εἰς τὸ ἐκπορευτὸν μέτασι Πνεῦμα,
ἢ τὴν ἐκείνου σχέσιν ἐξειδιώσατο. Ἄλλὰ ταῦτα μὲν
ἕκαστος τῶν νοῦν ἔχειν ἡξιωμένων Χριστοῦ καὶ φρο-
νεῖν, καὶ διδάσκειν ἄλλους ἔτοιμον παρέχεται τὴν
χάριν. Οὐ γὰρ διότι ἐκ τοῦ αὐτοῦ θεολογούνται προ-
τείναν, ἢ εἰς υἰότητα τὸ Πνεῦμα συνδιαστήσεται τῆς

VARIÆ LECTIONES.

¹ Non ἀδιστάκτως. Vertendum : sine intervallo.

NOTÆ.

(52) Ex hac quæstione ita sese extricat D. Tho-
mas. Fatetur primum (part. 1, quæst. 59, art. 6,
ad secundum.) recte dici divinam essentiam esse Patrem,
quia tunc est prædicatio per identitatem; et alibi
(art. 5, ad quartum.) essentia divina, inquit, prædicatur
de Patre per modum identitatis propter divinam sim-
plicitatem. Jam porro docet idcirco hanc proposi-
tionem Pater est Deus potius adhiberi, quia (ibid.
art. 5, in corp.) licet secundum rem sit idem Deus,

A omne etiam devitet incommodum? Aliquo nimirum
pacto ostensum est, quod non omnia, quæ eodem
redeunt, mutuam in universis communicationem
exposcant; et quod vocum hominis et humanitatis
expositus usus dirimat in rebus divinis controver-
siam. Proliquis itaque quæstio ex una adhuc parte
enodanda superest, et desiderium eorum qui philo-
sophari cupiunt, accendere; quia id quoque, quod
iniquum est, nondum sua enucleatione potiri vide-
tur.

Quidnam est ergo dicendum? Et quidnam aliud
magis ad quæstionem propositam facit, quam quod
ex eo, quia vox Deus et naturam exprimere con-
suevit, et ad unamquamque personarum indi-
candam non minus opportuna est: vox autem Di-
vinitas indicat exprimitque ipsam tantummodo
naturam; idcirco divinitas, ut et natura, personas
continere merito dici posset: at non potest Divini-
tas (quippe ne ipsa quidem natura) de personis
quas continet, enuntiari. Vox autem Deus, utpote
quia non modo ipsas personas augustissimas con-
tinet, sed et easdem exprimit, ideo consequitur, ut
in sermone quamlibet trium hypostaseon possimus
Deum nuncupare.

Quod si quis monstrat denuo se inquirere ratio-
nem, cur humanitas naturam, homo autem tam na-
turam quam individuum significandi vim habeat:
hic nondum sensit sese, dum sapientiæ opinionem
venari putat, in stultitiam incidere, quia principio-
rum principia scrutatur, et eorum, quæ causam non
habent, causas tentat expiscari. Atque hæc sermoni
compendiario satis erunt (52).

QUÆSTIO XXVIII [at. XXVII].

Si ex eodem principio Filius ac Spiritus sanctus
procedunt quomodo nec fratrum appellationem
accipient, nec Filii nomen Spiritus sanctus. ac-
quiret?

Processio a Patre, optime vir, pariter, ac sine con-
troversia et de Filio, et de Spiritu sancto in sacra
doctrina enuntiatur: nullus tamen insinuabit sermo,
quod in Filii nomen Spiritus sanctus incidat, aut
quod fraternam suscipiat conditionem: quoniam ne-
que contra existimare possumus, aut dicere, quod
Filius in Spiritum sanctum procedentem mutetur,
aut ejus proprietatem sibi vindicet. Quisque autem
eorum, qui Christi sapientiam censentur habere, ad
hæc tam sentienda, quam aliis tradenda libenter
sese exhibet. Non enim quia ex eodem principio

quod Deitas, non tamen est idem modus significandi
utrobique: nam hoc nomen Deus, quia significat di-
vinam essentiam, ut in habente (vide etiam art. 4,
in corp.) ex modo suæ significationis habet, quod
possit supponere pro persona.... Sed hoc nomen es-
sentia non habet ex modo suæ significationis, quod
supponat pro persona, quia supponit essentiam, ut
formam abstractam. Vide etiam Estium, lib. 1, di-
stinct. 4, § 1 et 2.

uterque dicitur a theologis procedere, idcirco aut Spiritus sanctus ex proprietate sua dimotus in filiatione collocabitur; aut Filius ab ea, quæ ipsum distinguit, generatione recedens, cum Spiritus sancti proprietate confundetur: ex eodem enim principio, sed non eodem pacto ambo procedunt; nec secundum eandem proprietatem est utriusque processio. Etenim Filius quidem procedit a Patre, nempe ut genitus, Spiritus sanctus autem per processionem, quæ aliam illi dat proprietatem, sed neque hæc processio generationis notionem sibi conciliat. Ita sane res se habet; et qui secundum diversas notioncs a Patre exire dicuntur, diversam quoque nomenclationem ac personalem ineunt proprietatem, qua

peculiaris notionis indoles in ipsis constituta fuerat. At enim ita apparentis difficultatis vera solutio ad evidentiam usque est deducta: quod si mavis etiam a corporeis rebus ad incorporeas similitudinibus argumenta desumere; calorem et lucem ex eodem principio ducere originem nemo est, qui ignoret; siquidem utrumque est ignis effectus ac emanatio. At vero neque calorem aerem illustrando visui ad ea, quæ cernuntur, percipienda prodesse quisquam sane mentis dicit; quæ nimirum est luminis proprietas; neque contra vim absumendi subjectas materies quisquam luci, secundum quod illa illuminat, tribuere audebit: neque alterius nomen, unde existentium rerum agnitionem comparat, in alterum transferet. Hac itaque ratione ex eodem principio, ut plurimum, ea, quæ simul, ac pari dignitate procedunt, sed non secundum eundem modum originem ducunt, licet coexistent, tamen alterum ab altero differentiam suam sine confusione ac mutabilitate conservat.

Quod si comparationibus me cupis spatium, Adam quoque, et Evam, et Abelem in mentem revoca. Processio enim, unde et Evæ formatio duxit originem, Adæ costa fuit; atque primi filii Abelis ortus ex Ada per generationem manavit; at neque in filii nomen Eva detrudetur, nec unquam Abel filius esse denegabit, et in quampiam aliam conditionem incurret atque transferetur. Quod autem sol illuminet et calefaciat, hæc quædam proprietates sunt, quæ ad corpora atque ad animos sentientes communiter pertingunt; at neque calefaciendi vis splendorem pro calore in se ipsam convertit ac transtulit; nec unquam illuminandi vis in caloris appellationem, vel naturam permutabitur: verum utraque vis legem a Conditoris naturæ primitus impositam servans, dum nec separatur processio, nec mutatur essentia, immutatam et constantem nomenclationem retinere conspicitur.

Quod si tibi placet a cælestibus ad terrena iterum descendere inspicere quomodo eadem lanta

ιδίας εξιστάμενον ιδιότητος· ἡ δὲ Υἱὸς τῆς χαρακτηρισμοῦ αὐτὸν ἀποστᾶς γεννήσεως εἰς τὸ τοῦ Πνεύματος ἰδίωμα συγχυθῆσεται· ἐκ τοῦ αὐτοῦ γὰρ ἄμφω, ἀλλ' οὐχ ὡσαύτως, οὐδὲ κατὰ τὴν ιδιότητα τὴν αὐτὴν ἢ ἐκατέρου πρόδος. Καὶ γὰρ ὁ μὲν Υἱὸς τοῦ Πατρὸς προήλθε διὰ γεννητικῶς· τὸ Πνεῦμα δὲ δι' ἐκπορεύσεως αἰκειομένη (53) ἰδίωμα· ἀλλὰ οὐδὲ ἢ ἐκπορεύσεις τὸν τῆς γεννήσεως χαρακτηριστῆρα ἐναρμόζονται. Οὕτω δὲ, οὕτω. Καὶ δὲ κατὰ τὰς διαφόρους σχέσεις ἱερολογεῖται τοῦ Πατρὸς προερχεσθαι, διάφορον ἔχουσι καὶ τὴν κλήσιν, καὶ τὴν ἐν ταῖς ὑποστάσεσιν ιδιότητα, αἷς αὐτοῖς τὸ τῶν σχέσεων ἀχώριστο ἰδιότροπον.

Ἄλλὰ ἡ μὲν πραγματικὴ τοῦ δοκοῦντος ἀπορήματος λύσις οὕτως ἂν εἰς τὸ ἀναμφίβολον προχθῆι· εἰ δὲ καὶ παραδειγματικῆν ἐθέλεις πιστῆν ἐκ τῶν ἐνύλων περὶ τῶν ἄλλων λαβεῖν· τὸ καυστικόν, καὶ φωτιστικόν πῦρ οὐδεὶς ἐστίν, ὃς ἀγνοεῖ ἐκ τοῦ αὐτοῦ αἰτίου λαμβάνειν τὴν πρόδον· πυρὸς γὰρ ἄμφω ἔργα τε, καὶ προβλήματα. Ἄλλὰ οὐτε τὸ καυστικόν συνεργεῖν τῇ ἔξει τὸν ἀέρα διαυγάζον πρὸς τὴν ἀντίληψιν τῶν ἐρατῶν τοῖς γε σωφρονοῦσιν ἐνεστὶν εἰπεῖν· ἴδιον γὰρ τοῦτο τοῦ φωτίζοντος· οὐ μὴν δὲ τὸ φαρτικόν τῆς ὑποκειμένης ὕλης οὐδεὶς ἂν ἀποδοῦναι, καθὼς γε φωτίζει, παρενεχθῆι τῷ φωτί· οὐδὲ μεταδώσει θανάτῳ τὸ ἕτερον τοῦ ὀνόματος, δι' οὗ τὴν γνῶσιν παρέχεται τῆς ὑπάρξεως. Οὕτω γοῦν ἐκ τοῦ αὐτοῦ αἰτίου, κατὰ γε τὸ πλείστον, ἕμα μὲν καὶ ὁμοτίμως προερχόμενα οὐ κατὰ τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον τὴν πρόδον ἔχοντα, ἐν τῇ κοινῇ τῆς ὑπάρξεως καὶ τὸ διάφορον τῶν ἰδιωμάτων ἐκάτερον ἀσυγχύτως, καὶ ἀμεταβλήτως συνδιασώζει πρὸς ἕκατερον.

Σὺ δὲ μοι τοῖς παραδείγμασιν εἰ γε πλατύνεσθαι βούλει, καὶ τὸν Ἀδὰμ, καὶ τὴν Εὐάν, καὶ τὸν Ἀβελ ἐννόει· ἡ πρόδος μὲν γὰρ, ἥς τε γέγενεν ἀπαρχὴ τῆς διαπλάσεως, ἢ πλευρά· καὶ τῆς γενέσεως αἰτηγαὶ τοῦ πρώτου πλάσματος αἱ γοναὶ ἐκ τοῦ Ἀδάμ. Ἄλλὰ οὐτε ἡ Εὐά εἰς τὸν τῆς υἰότητος λόγον περιενεχθήσεται· οὐτε μὴν ὁ Ἀβελ τὸν υἱὸν ἀπαρηγάμενος εἰς ἕτερον τινὰ σχέσιν παραδύσει, καὶ συμμεταστήσεται. Τὸ δὲ φωτίζειν τὸν ἥλιον, καὶ φλογίζειν, ἐστὶν ὃ τῶν σωμάτων, καὶ ὃ τε κοινόν ἐστι τῶν αἰσθανομένων ὁμολόγημα· ἀλλὰ οὐτε αἱ φλόγες εἰς ἑαυτὰς τὴν διαύγειαν ἀντὶ τοῦ φλέγειν ἠλλάξαντο μεταστήσασθαι· οὐ μὴν οὐδὲ τὸ φωτίζον εἰς τὴν τοῦ φωτίζοντος κλήσιν, ἢ τὴν ὑπόστασιν ἀντὶ τοῦ φωτίζειν ὑπενεχθήσεται· ἀλλὰ τὸν ἀπ' ἀρχῆς ἐνεθέντα παρὰ τοῦ δημιουργοῦ τῇ φύσει νόμον διευλαθοῦμενα, ἐν τῷ ἀδιαίρετῳ τῆς προόδου, καὶ ἀπαρράλληλῳ τῆς οὐσιώσεως, ἀπαράβατόν τε καὶ ἀναλλοίωτον ἕκατερον τούτων τὴν προσηγορίαν αὐτῶν ὀρῶνται διαφυλάττεντα.

Εἰ δὲ ἐκ τῶν οὐρανῶν πάλιν ἐπὶ τὴν γῆν σοι κατεῖναι φίλον, ὄρα, ὡς τὸ αὐτὸ φυτὸν καρπὸν τε, καὶ

NOTÆ.

(53) Οἰκειομένης potius sensus requirit.

ἄνθος, καὶ φύλλα προβάλλεται (δεῖ γὰρ ἴσως πρὸς Α τοὺς παντελῶς ἑτεροπίστους ἀνθυποπορᾶς παραδειγματικὰς οὐ μὲν, ἀλλὰ πλείους προκομίζειν, καὶ διελέγειν αὐτῶν εἰς τὸ μάταιον διαλυόμενον τὸ περιεργον)· ποῦ γὰρ τὰ φύλλα πρὸς τὴν ἰδιότητα τῶν καρπῶν συναγαγῶν τις ἐκδιδάσκειτο; Τίς δὲ τὸ ἄνθος, οὐπὲρ ἢ ἀποβολή, κατὰ τὴν πλείστον, τοῦ καρποῦ γωριζέται προβολή, καρπὸν ὀνομάττειν; Ἄλλὰ οὐδὲ τῶν ἄλλων οὐδέτερον ἂν τις φύσιν εἶδους, καὶ φύσεως ἔργα, καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς μετὰ τοῦ συμφυοῦς οὐκ ἀγνοῶν ἑτερότητα, εἰς τινα τῶν εἰρημένων μεταμορφώσεσσι τε, καὶ μετασχηματισμοῖς ὑπόσταται. Οὕτω γοῦν κἂν τῇ παχύτητι τῶν σωματικῶν ἔργων τε, καὶ προβλημάτων, καὶ ἐκ τοῦ αὐτοῦ καθορῶνται προϊόντα, καὶ τῆς οἰκείας ὑποστάσεως, οὐ πρὸς ἄλληλα μεθιστάμενα καὶ τῆς προταθείσης κατὰ τῆς εὐσεβείας ἐνοστάσεως προφανῆ τε τὸν ἔλεγχον προβαλλόμενα, καὶ τὸ σαθρὸν τῆς κακουργίας ἐξ αὐτῶν τῶν ὀρωμένων τε, καὶ ἀνὰ χεῖρα στηλιτεύοντα καὶ μυρία ἄλλα.

Ἡ δὲ ἀπὸ τῆς φύσεως ἐπὶ τὴν τέχνην μετάβασις (καὶ ὄρα μέχρι τίνος διασώζεται τὸ ἀκόλουθον μὲν τῇ φύσει, ἀντικείμενον δὲ τῇ ἐξ ἀρχῆς προθέσει) πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα σοι τῶν παραδειγμάτων χαριεῖται· καὶ τὸν κεραμέα δὲ σοι δεῖξει ἐκ τοῦ αὐτοῦ πηλοῦ καὶ φυράματος ἀμίδας τε καὶ πίνακας ἱεραῖς ἐναρμοζομένους τελεταῖς διαπλάττοντα. Ὡν οὐδὲ ἂν τοὺς ἀνιέρους ἀνευρηθιάτως εὐρήσεις, οἶμαί, θάεσον τῶν κατασκευασμάτων εἰς τὴν τοῦ ἑτέρου χρεῖαν, ἢ προσηγορίαν μετασκευάζοντας· καὶ τὴν ἰδιότητα συγγέειν ἑκατέρας τῶν ὑποστάσεων, ἀνευ τινὸς δαιμονίας πληγῆς συνεπαγομένης τὸ ἀνάτατον.

Εἰ βούλει δὲ πάλιν ἀναδραμεῖν ἐπὶ τὸν ἄνθρωπον, δριμύτερον αὐτοῖς ἐπαφήσεις τὸν ἔλεγχον· ἐξ αὐτοῦ γὰρ ὁ τε λόγος, καὶ ἡ φωνὴ ἀνθρωπίνου προγεόμενα σδόματα, καὶ μικροῦ γρ διὰ τῶν αὐτῶν ὀργάνων διαμορφούμενα τε καὶ προαγόμενα. Καὶ γὰρ τῶν ἄλλων ὄντων κοινῶν, ὁ μὲν τῷ ἄκρῳ τῆς γλώττης, τὸ δὲ τῇ γλωττίδι μᾶλλον ἀποτίκτεται· καὶ τὸ μείζον, καὶ θαυμασιώτερον, ὡς οὐδ' ἂν πρόσθετο λόγος ἀνευ φωνῆς, ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτῇ τῇ διαμορφώσει ὑπερείδει τε καὶ ὑπερανέχει τὴν τοῦ λόγου μορφὴν ἢ φωνὴν συυφεσιώσά τε καὶ προάγουσα. Ἄλλὰ γὰρ τοσαύτης οὔσης τῆς συναφείας, καὶ συνανακράσεως, ὅμως, ὅτι μήτε λόγος ἢ φωνὴ τοὺς καὶ τὰ μέτρια συνερῶν δυναμένους οὐδεμίᾳ ποτὲ ἐνοχλήσει ἀμφισβήτησις. Οἷς ἐβρωμένον στυγὸν τε τῆς νομιζομένης ἀπορίας ἀπολύων διαναστηθι, καὶ τῶν κακουργεῖν ἐθέλοντων ἐπιστόμιζε (54) τὸ περιεργον.

tum fructum, tum florem, tum folia producat (siquidem oportet in eos, qui sententiam tenent omnino contrariam, non unum argumentum ex comparationibus desumptum sed plura proferre, atque in tempestivas earum argutias vanas ostendendo refellere): quisnam enim folia in fructum proprietatem detrudet? Quis autem florem, quo recedente, ut plurimum, fructus procedere conspicitur, fructum appellet? At is, qui speciei naturam, et naturæ operationes, eorumque, quæ in ipsis ingenta sunt, diversitatem non ignorat, in quamquam prædictarum rerum essentiam alteram transformare non potest atque transferre. Ita nempe vel in crassa operationum productionumque corporearum conditione alia item innumera, quæ ab uno prodire principio, et propriam retinere essentiam, nec invicem confundi observantur, propositæ in nostram fidem objectionis apertam refutationem depromunt, et impietatis futilitatem ex iis, quæ ob oculos et in manibus habentur, commonstrant.

Porro autem si a natura ad artem gradum faciamus (atque animadvertit quousque consensus cum natura, et in objectam a principio sententiam oppositio servetur), aliæ quidem atque aliæ similitudines occurrunt, et præcipue figulus ex eodem luto et massa tam matulas, quam lances sacris aptas ritibus fingens tibi ostendetur. Profecto ne ipsos quidem profanos homines, opinor, reperies, qui harum supellectilium alteram in alterius usum, et nomen impudenter convertentes, etiam proprietatem alterutrius substantiæ confundant, nisi miserando mentis vulnere cum sanitatis desperatione preinantur.

Quod si rursus ad hominem resilire libet, acrius illorum objecta insectaberis. Ex ipso enim humano ore tum sermo, tum vox funduntur, et parvo quidem discrimine per eadem organa formantur, et proferuntur. Profecto dum cætera sunt communia, sermo quidem a summitate linguæ, vox autem potius ab ejus radice creatur; quodque majus est, et magis mirandum, sermo sine voce prodire non potest: imo etiam sermonis formam in ipsa ejus productione suffulcit, ac sustinet vox, quæ simul advenit, atque profertur. At enim licet tanta intercedat conjunctio atque commistio, tamen, quod sermo non sit vox, ii, qui recto pollent judicio, nulla unquam altercatione turbati tenebunt. Quibus argumentis et te inmixtum ipse ex apparenti extricans difficultate confirma, et eorum, qui cavillari volunt, futilitatem refrena (55).

NOTÆ.

(54) Pro ἐπιστομιζειν ita scilicet est legendum, aut potius verbum aliquod finitum hic desiderari putarim.

(55) Causa cur Amphilochius interrogationem istam in medium protulerit, si hariolari fas est, hæc fuisse videtur. Ut primum Photianus error de Spiritus sancti processione in Græcis Ecclesiis erumpebat, eum orthodoxi innumeris insectabantur argu-

mentis; ac præsertim illo, quod scilicet, nisi a Filio Spiritus sanctus procederet, invicem confunderentur. Quare Amphilochius, qui hujusmodi inhærebat errori, ut Photio velificaretur, et sese extricaret a nodo, istud ἀπόρημα ipsi proposuit. Photius (uti postea etiam Scotiæ) asserere non dubitat ad Filium, et Spiritus sancti distinctionem sufficere, quod non eadem ratione ambo a Patre procedant. Jamvero

QUÆSTIO XXIX [al. XXVIII].

Si Baptisma Joannis peccatorum remissionem, ut S. Lucas scribit, præstabat, quidnam a Dominico Baptismate differebat?

Edita ab Ant. Scotto, .c., p. 32. Dogmatica et exegetica

Quod Lucas a Deo afflatus verbum hujusmodi in iis, quas ipse conscripsit²⁴, evangelicis narrationibus expresserit, perspicuum est: quod autem baptismati, quod mystico ritu ministrabat Joannes, hanc remissionem attribuat, non est æque perspicuum; at vero id quidem mox diligentius inquirendum. Divus autem Matthæus, licet verbo non dicat « remissionem peccatorum, » tamen per locutionem, qua utitur, « confitentes peccata sua²⁵, » ipse quoque innuit remissionis peccatorum fuisse baptismum. Quorum enim operum confessio, dummodo vana non sit, est damnatio, et victoria, eorundem remissionem quoque consequimur. Hæc quidem vel ipse scripsit, qui e Publicano factus est theologus. Beatus autem Marcus tantum abest, ut a Deiloquo Luca discrepet, ut potius ejus verborum fons non immerito videatur. Etenim « fuit Joannes, inquit, in deserto baptizans, et prædicans baptismum penitentiae in remissionem peccatorum²⁶. »

Ita prodeunt multis e locis testimonia, quibus fides remissionem peccatorum per Joannis baptismum iis, qui lavabantur, factam esse aperte docet; eo vel maxime, quod nec ipse illam cæremoniam suo libitu susceperit, sed divini nutus eum ritum præscribentis factus sit exsecutor. Etenim Lucas, « Factum est, inquit, verbum Dei ad eum²⁷ »: imo etiam ipse Joannes veritatis prædicator: « Qui misit me, ait, baptizare²⁸: » quæ utique omnia non modo Præcursoris baptismum divinæ donum clementiæ, verum etiam lustrationibus, sacrificiis atque cæremoniis Judaicis, per quæ Hebræi, tanquam in figura, culparum veniam merebantur, longe esse sublimius luculenter ostendunt. Quod si hoc baptismum illis præstantius erat, patet, quod et

²⁴ Luc. III, 3. ²⁵ Matth. III, 6. ²⁶ Marc. I, 4. ²⁷ Luc. III, 2. ²⁸ Joan. I, 33.

NOTÆ.

quisque videt, quam sint ineptæ comparationes, quibus ille innuitur; cum res, quas in exemplum adducit, non per diversum processionis modum, sed per materiam individuam, et formæ diversitatem distinguantur, quæ omnia in divinis personis locum non habent: imo interdum uti videre est apud D. Thomam p. 1, quæst. 36, art. 3, ad 4, similitudines propositæ contra Photium potius faciunt. Verumtamen ut omnes Photianæ evanescent officia, operæ pretium duco contrarium D. Thomæ hac de re argumentum huc atterere: *Respondeo dicendum quod necesse est dicere Spiritum sanctum a Filio esse. Si enim non est ab eo, nullo modo posset ab eo personaliter distingui: quod ex supra dictis patet. Non enim est possibile dicere quod secundum aliquid absolutum divinæ personæ ab invicem distinguantur; quia sequeretur, quod non esset trium una essentia. Quidquid enim in divinis absolute dicitur, ad unitatem essentiæ pertinet. Relinquitur ergo quod solum relationibus divinæ personæ ab invicem distinguantur. Relationes autem personas distinguere non possunt, nisi secundum quod sunt*

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΚΘ'.

Εἰ τὸ βάπτισμα Ἰωάννου ἀφεσιν ἀμαρτιῶν. ὡς ὁ ἱερός Λουκάς ἀναγράφει, παρὲξ, τίς ἡ πρὸς αὐτὸ τοῦ Δεσποτικοῦ διαφορά;

Ὁ μὲν θεόσοφος Λουκάς, ὅτι μὲν τοιαύτην ἀναγράφει φωνήν, οἷς αὐτὸς συνένταξεν εὐαγγελικῶς λογίους, οὐκ ἀδῶλον· ὅτι δὲ τῷ βαπτισματι, ὅπερ ὁ ἱεροῦργός ἐχρημάτισεν Ἰωάννης, τὴν ἀφεσιν, οὐκ ἐστὶ ὁμοίως δῆλον· πλὴν ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἐξῆς ἀκριθέστερον τεθεωρήσθω. Ὁ δὲ θεὸς Ματθαῖός φησιν, εἰ καὶ μὴ προτίθῃσι βῆματι τὸ εἰς ἀφεσιν ἀμαρτιῶν, ἀλλ' οὖν, εἰ ὡν εἶπεν, ἐξομολογούμενοι τὰς ἀμαρτίας αὐτῶν, καὶ αὐτὸς διδῶσι σύνεπινοεῖν ἀφέσεως ἀμαρτιῶν εἶναι τὸ βάπτισμα. Ὡν γὰρ ἡ ἐξομολόγησις, εἴπερ μὴ μάτην, τῶν πεπραγμένων ἢ κατάγνωσος καὶ ὀθριαμβος, τούτων κερδαίνομεν καὶ τὴν ἀφεσιν. Ἄλλὰ οὕτω μὲν καὶ ὁ ἐκ τελωνῶν θεολόγος. Ὁ δὲ μακάριος Μάρκος τοσοῦτον ἀπέχει διαφωνεῖν τῷ Θεορρήμονι Λουκᾷ, ὡς καὶ πηγὴ ἂν οὐκ ἀπεικότως δόξει τῶν αὐτοῦ βῆμάτων· λέγει γὰρ, « Ἐγένετο Ἰωάννης βαπτίζων ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ κηρύσσων βάπτισμα μετανοίας εἰς ἀφεσιν ἀμαρτιῶν. »

Οὕτω πολλαχῶς ταῖς μαρτυρίαις ἡ πρόδος, δι' ὧν ἡ πίστις παρῆρσιάζεται ἀφεσιν ἀμαρτιῶν τὸ Ἰωάννου βάπτισμα τοῖς βαπτιζομένοις, καταπράττεσθαι· καὶ μάλιστα γὰρ, ὅτι μὴδ' αὐτὸς τὴν πράξιν αὐτῷ ἐνεχείρησεν· ἀλλὰ τῷ θεῷ πειθαρχῶν νεύματι τῆς ἱερουργίας ταύτης ἐγένετο. « Καὶ γὰρ βῆμα Θεοῦ ἐγένετο, φησὶ, πρὸς αὐτόν, » ὁ Λουκάς· ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ τῆς ἀληθείας κήρυξ, « Ὁ ἀποστελίας με, φησὶ, βαπτίζειν· » ἀ δὲ πάντα σαφῶς παρίσθησι δῶρόν τε εἶναι θεῶς εὐμενείας τὸ τοῦ Προδρόμου βάπτισμα, καὶ τῶν Ἰουδαϊκῶν περιβρᾶντισμῶν τε, καὶ θυσιῶν, καὶ τελετῶν ὑψηλότερον, δι' ὧν ἐκείνοι τῶν ἀμαρτημάτων, ὡς ἐν τύπῳ, ἤξιοῦντο τῆς καθάρσεως. Εἰ δὲ κρείττον ἐκείνων τοῦτο, δῆλον, ὡς καὶ ἀφεσιν τῶν ἀμαρτιῶν ἐχαρίζετο. Ὁ γὰρ προσῆν

D oppositæ: quod ex hoc patet, quia Pater habet duas relationes, quarum una refertur ad Filium, et alia ad Spiritum sanctum: quæ tamen quia non sunt oppositæ, non constituunt duas personas, sed ad unam tantum personam Patris pertinent. Si ergo in Filio et Spiritu sancto non esset invenire duas relationes, quibus uterque refertur ad Patrem, illæ relationes non essent ad invicem oppositæ; sicut neque duæ relationes, quibus Pater refertur ad illos. Unde sicut persona Patris est una, ita sequeretur quod persona Filii, et Spiritus sancti esset una, habens duas relationes oppositas duabus relationibus Patris. Hoc autem est hæreticum, cum tollat fidem Trinitatis. Oportet ergo quod Filius, et Spiritus sanctus ad invicem referantur oppositis relationibus. Non autem possunt esse in divinis aliæ relationes oppositæ, nisi relationes originis, ut supra probatum est: oppositæ autem relationes originis accipiuntur secundum principium, et secundum quod est a principio. Relinquitur ergo quod necesse est dicere, vel Filium esse a Spiritu sancto (quod nullus dicit), vel Spiritum sanctum esse a Filio, quod non confitemur. Ibid. art. 2, in corp.

τῷ ἑλαττονι, πῶς οὐχὶ πολλῷ μᾶλλον ἐνυπάρξει τῷ Α
μείζονι;

Καὶ οὐδέπου γε διότι τῶν βαπτισμάτων ἑκάτερον
τό τε Ἰωάννου, καὶ τὸ δεσποτικὸν ἄρεσιν ἁμαρτιῶν
ἐχαρίζετο, διὰ τοῦτο τὴν ἐν αὐτοῖς ἀγνοητέον διαφο-
ράν. Οὐδὲ γὰρ, οὐδὲ αἱ νομικαὶ θυσίαι, καὶ αἱ τελε-
ταί, καὶ τὰ βαπτίσματα, διότι τῶν ἁμαρτημάτων
ἐχρημάτιζον κάθαρσις, διὰ τοῦτο καὶ τὸ Ἰωάννου
μηδὲν αὐτῶν διαφέρειν ἀπαιτήσουσιν· ἀλλὰ ὡσπερ
ὁ Πρόδρομος « μείζων ἐν γεννητοῖς γυναικῶν, » οὕτω
τὸ βάπτισμα αὐτοῦ μείζον τῶν νομικῶν· ἐπεὶ καὶ
ὅσον πρὸς τὸ ἑλαττον ὑποστέλλεται· ἡ φωνὴ τοῦ λό-
γου, ὁ κῆρυξ τοῦ κηρυττομένου, ὁ πρόδρομος τῆς
βασιλικῆς παρουσίας, ὁ δοῦλος τοῦ δεσπότου, τοσοῦ-
τον καὶ τὸ τοῦ Ἰωάννου βάπτισμα, εἰ καὶ κάθαρσιν Β
παρεῖχεν ἁμαρτιῶν, τὸ ἐνδεέστερον πρὸς τὴ Σωτήριον
ἀποφέρεται. Πρόδρομός ἐστιν ἑκεῖνος τοῦ βασιλέως
πάντων, καὶ τῆς κοινῆς σωτηρίας κῆρυξ, καὶ τίμιος
ὁ ἀνὴρ, καὶ « μείζων ἐν γεννητοῖς γυναικῶν· »
πρόδρομός ἐστι καὶ τὸ βάπτισμα αὐτοῦ τοῦ Σωτη-
ρίου καὶ παγκοσμίου βαπτίσματος· καὶ τῶν φθαρ-
σάντων μὲν ἐντελέστερον, πολλῷ δὲ τοῦ μέλλοντος
ἐνδεέστερον· καὶ καθαίρον μὲν ἁμαρτίας μᾶλλον (56),
ἤπερ ὁ νόμος, οὐκ ἐν πυρὶ δὲ καὶ Πνεύματι, ὅπερ
ἡ τελειότης· τῆς δεσποτικῆς γὰρ ἐστὶ μόνης καὶ
ιερουργίας, καὶ φιλανθρωπίας, καὶ Θεῷ προπούσης
δυνάμεως τοῦτο δῶρον καὶ χάρισμα.

Ἐπεὶ οὖν τῶν ὑψηλοτέρων τούτων οὐδὲν περ ἐστὶ
τῆς τοῦ Ἰωάννου κατὰ τὸ βάπτισμα τελειότης, διὰ
τοῦτο καὶ τινες τῶν ἱερῶν ἡμῶν Πατέρων ἐθάβρησαν C
ἄρεσιν ἁμαρτιῶν εἰπεῖν μὴ παρέχειν αὐτό. Πολλὰ
γὰρ τῆς χάριτος τοῦ κατὰ τὸ Σωτήριον ἀπολείπεται
βάπτισμα, καὶ ἀπὸ τῆς πρὸς ἐκεῖνο συγχρίσεως·
ἐπεὶ τῆς Ἰσῆς δωρεᾶς ἀπεκρίνετο, καὶ τῆς ὁμοίας
οὐκ ἦν χορηγίας οὐδαμῶθεν καθάρσεως. Εἰκότως οὖν
οὐδὲ τὴν ἄρεσιν αὐτῷ τῶν ἁμαρτημάτων ἀπελεί-
ποντο. Τοῦ γὰρ μακαρίου Μάρκου λέγοντος, καὶ
τοῦ ἱεροκήρυκος Λουκᾶ συνάδοντος ἄρεσιν ἁμαρτιῶν
εἶναι παρεκτικόν τὸ Ἰωάννου βάπτισμα, πῶς (εἰ
κατ' ἄλλον τινὰ τρόπον, ἀλλὰ μὴ, ὃν ἡ σύγκρισις τὸ
τραγὺ τῆς ἀντιλογίας διαπραθύνουσα παραδέχεται)
οὐκ ἂν αὐθαδεῖας ὑπαίτιον ἦ τὸ μὴ παρέχειν αὐτὸ
κάθαρσιν τῶν ἁμαρτημάτων διυσχυρίζεσθαι, ἀλλὰ
καὶ τῶν νομικῶν κατ' αὐτό γε τοῦτο πολὺ διελέγγειν
εὐτελέστερον;

Τοῖς δὲ γένοιτο ἴσως καταφυγὴ καὶ τὸ τοῦ θεοσο-
φου Λουκᾶ ῥητὸν διὰ τοῦ μακαρίου Μάρκου ἐξευμε-
νίζεσθαι, καὶ τὴν πρὸς αὐτοὺς δοκοῦσαν διαφωνίαν
ἐκτρέπεσθαι. Τὸ γὰρ, « Κηρύσσων βάπτισμα μετανοίας
εἰς ἄρεσιν ἁμαρτιῶν, » οὐχὶ τὸ αὐτοουργούμενον
βάπτισμα παρὰ τοῦ Προδρόμου εἰποιεν ἂν παραδη-
λοῦν· ἀλλ' ἐκεῖνος τοῦ βαπτίσματος εἶναι παραστα-
τικὸν οὗ κῆρυξ ὁ Ἰωάννης ἀπέσταλτο. Καὶ γὰρ τὸν
" Math. xi, 11.

A criminum remissionem largiretur. Id enim quod
inerat minori, quomodo in majori multo magis non
inveniretur?

Neque vero quia utrumque baptismum, Joannis
scilicet et Christi, sceleribus remittendis valebat,
propterea nulla inter ea differentia debet agnosci.
Non enim et legales victimæ, et cæremoniæ, lotio-
nesque, quia mundationem scelerum præstabant,
idcirco nihil a baptismo Joannis distare contem-
dent: sed quemadmodum « Major inter natos
mulierum »⁵⁶ erat Præcursor, ita ejus baptismum
legalibus antecellebat; propterea etiam quanto vox
verbo, prædicator prædicato, præcursor rege præ-
sente, et servus domino minor apparet, tanto et
Joannis baptismum, tametsi delictorum veniam daret,
inferius reperitur, ubi cum Dominico comparatur.
Ille est regis omnium Præcursor, communisque sa-
lutis prædicator, virque honore dignus, et « Major
inter natos mulierum; » Præcursor est pariter
ejus baptismus Dominici, et universalis baptismatis,
atque omnibus quidem præcisis ablutionibus
perfectior: instituendo autem baptismo longo infe-
rior intervallo; culpasque magis quam scripta lex,
emundabat, non tamen in igne et Spiritu sancto,
quod perfectionem constituebat: unius quippe Do-
minicæ operationis, et clementiæ, et Deo dignæ
virtutis est hoc donum atque charisma.

Itaque cum nulla harum. sublimiorum proprie-
tatum in baptismatis Joannis cæremonia locum
habeat, ideo etiam nonnulli sanctorum Patrum
nostrorum per eam non remitti peccata asseverare
ausi sunt. In multis enim a gratia, quam Christi
baptisma confert, et a dignitate cum ipso comparata
deficit; siquidem in beneficii paritate distingueba-
tur, eademque emundationis copia nequaquam pol-
lebat: unde fortasse ne remissionem quidem pec-
catorum ipsi reliquerunt. Enimvero cum beatus
Marcus testetur, et sacræ præco doctrinæ Lucas
consentiat, quod Joannis baptismum remitteret
peccata: quomodo (si quovis alio pacto res se
habeat, quam isto, quo nostra interpretatio sale-
brosam contradictionem imminuit, et admissibilem
reddit) non esset temeritatis nota inveniendus, qui
remissionem peccatorum Joannis baptismum non
D tribuere contenderet, illud tamen hac ipsa quoque
in re veteris legis cæremoniis mirum quantum per-
fectius vellet arguere?

Illis autem Patribus perfugium fortasse patere
poterit, et divinitus edocui Lucæ oraculum cum
beato Marco conciliare, et apparentem inter eos dis-
sensionem declinare licebit. Poterunt enim affirma-
re, quod verbis « prædicans baptismum poenitentiae
in remissionem peccatorum, » nequaquam baptismum
a Præcursore administratum significetur, sed illud
portendatur, cui prædicando ipse missus erat.

NOTE.

(56) Hoc adverbium sensu postulante supplicandum putavi.

Etenim sanctum Marcum de Joannis quidem baptis-
mate hi dixisse inquit, « Fuit Joannes baptizans
in deserto; » in verbis autem « Prædicans bap-
tismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum »
Redemptoris putabunt nuntiassent baptismum. Atque
ita profecto dixerint beatum Marcum utrumque
distinguisse baptismum, ipsumque testari illud remis-
sionem peccatorum non præbere, neque eam suo
baptismati fuisse a Joanne attributam: siquidem
propterea Joannem opinantur ingenuam illam Deo-
que obsequentissimam sententiam protulisse: « Ego
quidem baptizavi vos in aqua, ipse autem baptizabit
vos in Spiritu sancto ²⁰. »

Quod si Marcus baptismatum distinctionem aperte
nos docuit, dum baptismati quidem Servatoris
ascribit, quod peccata dimitteret, et Spiritu sancto
conficeretur; Joannis autem, quod aqua fieret, et
baptisma nuncuparetur: perspicuum est Lucam
quoque cum socio Evangelii, historixque scriptore
consensionem servare, et sic etiam intemperatam
veritatis auctoritatem custodire: quodque ille nar-
rat: « Et venit in omnem regionem Jordanis præ-
dicans baptismum pœnitentiæ in remissionem pec-
catorum ²¹, » intelligendum esse neutiquam de illo
baptismate, quod in manus Præcursoris administra-
bant, sed de eo, quod Salvator ac Dominus noster
instituebat, quodque animæ maculis baptizatos
omnes emundabat. Enimvero paulo post Lucas ipse
Joannem his verbis loquentem inducit: « Ego qui-
dem aqua baptizo vos, veniet autem fortior me,
cujus non sum dignus solvere corrigiam calcea-
mentorum ejus; » deinde ad pandendam Dominici
baptismatis præstantiam, « ipse vos baptizabit in
Spiritu sancto et igni ²². Præterquam quod Marcus
quoque, postquam alibi narrasset Pharisæos Sad-
ducæosque ab ira ventura fugisse (neque aliud ad-
erat effugium, quam ad baptismum sese recipere):
« Facite, subjicit, fructus dignos pœnitentiæ ²³, »
perinde ac præstitum baptismum tanti non esset, ut
absolutam peccatorum veniam compararet. At quis-
piam ponet hoc a Joanne dictum fuisse non illis,
quos sacra fluentia exceperant, ac sordibus munda-
verant, sed illis, qui contendebant quidem ad bap-
tismum, nondum tamen ea ablutione digni habiti
fuerant. Cæterum etsi quis baptizatis etiam allatum
locum congruere concesserit, tamen ne hoc quidem
peccatorum remissionem a Præcursoris baptismate
necessario auferre cognoscetur. Fructus enim vir-
tutum ferre, animi potius mundati est, quam ejus
quem multe perturbationum spinæ, et innata ziza-
niæ iniquitatum reddiderunt atque corruptum;
imo per ipsam productionem sanctitas fortasse
brevis etiam perfectius agnosceretur.

At enim, inquit, quod remissionem peccatorum
non præstaret Præcursoris baptismum, ipse quoque
Servator cum Nicodemo de regeneratione verba faci-
ens indicavit: « Nisi quis renatus fuerit, ait, ex
aqua et Spiritu sancto, non potest introire in re-

²⁰ Marc. 1, 8. ²¹ Luc. 111, 3. ²² ibid. ²³ ibid. 8 non Marci.

Λ Ιερὸν Μάρκον περὶ μὲν ἐκείνου λέγειν, « Ἐγένετο
Ἰωάννης βαπτίζων ἐν τῇ ἐρήμῳ. » ἐν δὲ τῷ, « Κη-
ρύσσων βάπτισμα μετανοίας εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, »
τὸ Σωτήριον ἀνακηρύττειν βάπτισμα. Καὶ οὕτω
φαίεν ἂν τὸν μακάριον Μάρκον ἐκότερον τῶν βαπτι-
σμάτων διαστείλασθαι ἐπιμαρτυρούμενον μὴ ἄφεσιν
ἁμαρτιῶν παρέχειν, μηδ' αὐτὸν ὁμολογεῖν τὸ βάπτι-
σμα παρεχόμενον· διὰ τοῦτο γὰρ καὶ εἰρηκέναι φι-
λαλήθει τε καὶ θεοσεβαστῆ γνῶμῃ· « Ἐγὼ μὲν
ἐδάπτισα ὑμᾶς ἐν ὕδατι, αὐτὸς δὲ βαπτίσει ὑμᾶς ἐν
Πνεύματι ἁγίῳ. »

Εἰ δ' ὁ Μάρκος σαφῶς ἡμᾶς τὴν διαστολὴν τῶν
βαπτισμάτων ἐδιδάξατο, τῷ Δεσποτικῷ μὲν βαπτί-
σματι τὴν τῶν ἁμαρτιῶν ἀποτέμωσιν ἄφεσιν, καὶ
Πνεύματι ἁγίῳ διατελεσιουργεῖσθαι· τὸ δὲ Ἰωάννου
καὶ ὕδατος εἶναι, καὶ ὀνομάζεσθαι βάπτισμα· δῆλον,
ὡς καὶ ὁ Λουκάς ἄρα πρὸς τὸν συνευαγγελιστὴν καὶ
συνὸμιλον τὸ σύμφωνον διασώζων, οὕτω καὶ τὸ τῆς
ἀληθείας ἀνύδριστον συνδιαφυλάξει ἀξίωμα· καὶ εἴη
ἂν αὐτῷ εἰρηκένον τὸ, « Καὶ ἦλθον εἰς πᾶσαν τὴν
περίχωρον τοῦ Ἰορδάνου κηρύσσων βάπτισμα με-
τανοίας εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, » οὐ περὶ ἐκείνου
δήπουθεν, ὅπερ αἱ τοῦ Προδρόμου χεῖρες εἰργάζοντο,
ἀλλὰ περὶ τοῦ Σωτηρίου καὶ Δεσποτικοῦ, καὶ ὃ
πάντας τοὺς βαπτισαμένους τῶν ψυχικῶν μολυσμά-
των ἀπεκάθαιρε. Καὶ γὰρ μετ' ὀλίγον καὶ αὐτὸς εἰσ-
άγει τὸν Ἰωάννην λέγοντα· « Ἐγὼ μὲν ἐν ὕδατι
βαπτίζω ὑμᾶς, ἔρχεται δὲ ἰσχυρότερός μου, οὗ οὐκ
εἰμὶ ἱκανὸς λύσει τὸν ἱμᾶτα τῶν ὑποδημάτων αὐ-
τοῦ. » εἶτα καὶ τὸ ἀξίωμα τοῦ Κυριακοῦ βαπτίσμα-
τος, « Αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν Πνεύματι ἁγίῳ καὶ
πυρὶ. » Ναι μὲν καὶ Μάρκος πάλιν μετὰ τὸ φυγεῖν
τοὺς Φαρισαίους καὶ Σαδδουκαίους ὑπὸ τῆς μελλού-
σης ὀργῆς (οὐδὲ φυγὴ τις ἂν ἦν, εἰ μὴ τὸ προσδρα-
μεῖν τῷ βαπτίσματι), « Ποιήσατε, ἐπιφέρει, καρποὺς
ἀξίους τῆς μετανοίας, » ὡς τοῦ θεοθέντος βαπτίσμα-
Α οὐκ ἔτι. Καὶ ποτὸν μὲν κατὰ τὸν αὐτὸν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως λόγον ἠθέλησε προσενέγκασθαι, ἀνθοςμῖαν δὲ οἶνον καὶ σίκερα ἢ τι τοιοῦτον οὐκ εἶχεν τὸ ἐρεθίζον οὐδὲ παρορμῶν αὐτὸν θέλημα· ἀλλ' ἀπλῶς μὲν τροφῆς τε καὶ πότου κατὰ τὸν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως λόγον, ὡσπερ εἴρηται, ὁ εἶς καθ' ὑπόστασιν Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν προσεφέρετο· εἰς τὴν ἰδιάζουσαν δὲ καὶ κολακεύουσαν παρὰ τὸ ἀναγκαῖον τὴν αἰσθησιν τροφῆς ἢ πόσεως ἰδιότητα οὐ μὴ οὐδαμῶς συναπενήνεκται τῷ θελήματι. Διὸ καὶ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως μετὰ τὴν ἀνάστασιν πιστούμενος τὴν ἀλήθειαν. Καὶ ἔτι ταύτην οὐκ ἀπεσκευάσατο, οὐ τότε τι τῶν βρωμάτων ἐπεζητήσεν, ἀλλ' ἀπλῶς ἔχετέ τι βρώσιμον ἐνταῦθα, φησὶν, καὶ ἀλλῆν μὲν τοῦ λόγου θεωρίαν ἴσως συνεισάγοντος, οὐδὲν ἦττον, εἰ μὴ καὶ μᾶλλον, τὴν διδάσκουσαν ἡμᾶς. ὅτι μία ὦν ὁ Χριστὸς ὑπόστασις, ἀδιαιρετὸς τε καὶ ἀχώριστος, τὸ μὲν ἀνθρώπινον φυσικὸν εἶχέν τε καὶ συνετήρει θέλημα· τὸ δὲ γνωμικὸν δεδεγμένο· οὐδεμῶς θέλημα ἐπιθέδεσθαι, καὶ διστάζουσα τῶν νοῦν ἐχόντων ἔννοια παρενοχλήσει οὐδενί, ὅπου γε καὶ τῶν ἱερῶν ἀνδρῶν πολλοὶ πολλὰκις ἀσκητικαῖς ἀγῶσιν ἐνδιαπρέποντες τῆς μὲν ἐμφύτου τοῦ σώματος ἀπορρόησιν τὴν κατὰ φύσιν ἀναπλήρωσιν ἢ διαπρεπούσης ἀπλῶς τῇ φύσει τροφῆς προσελθεῖν οὐκ ἀνανεούσι θελήματι. Καρυκαίας δὲ καὶ λαιμὸν καταγοητεούσαις τροφαῖς, καὶ τοιαύταις ἀλλοίαις περιεργίαις, ἀ τοῦ γνωμικοῦ θελήματος ἀποβλαστάνει καὶ φύεται, οὐ πολλὴν ἐπιστροφὴν ἔχουσιν. Οὐ μὴν οὐδὲ παντελῶς ἢ ὑπερορῶσι ταῦτα, καὶ τῷ ἀνορέκτῳ περιστέλλουσιν.

Ἄλλ' οἱ μὲν ἀμέμπτως τε ζῆν¹ θεολογοῦσιν καὶ ἀμέμπτως μετέχουσιν· οἱ δὲ ἐκάτερον αὐτῶν ἡμαρτημένως καὶ ἐπισφαλῶς διαπράττονται. Ἐχεις τὸν Ἰσαὰκ τοῦ προτέρου παραδείγματος ἐπιθυμήσαντα ἀγραν καὶ τυχόντα καὶ μετασχόντα πανευλαδῶς καὶ σωφρόνως. Ἐξ ἧς βρώσεως τε καὶ ἀπολαύσεως ἡ εὐλογία γένος ἀνθρώπων οὐκ ἐαρίθμητον ἐπηύξησεν

2. Θέληματι esse dativo; 3. Συναποφέρειν significare subijcere. (90) *Confirmans humanæ naturæ veritatem et quod hanc non refutabat.* Τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως πιστούμενος τὴν ἀλήθειαν καὶ ὅτι ταύτην οὐκ ἀπεσκευάσατο. Id est: Confirmans humanæ naturæ veritatem et quod eam naturam non exuerat, deposuerat, abjecerat, etc. — Vix divinare possis quid voluerit Turrianus per *refutare naturam humanam*.

(91) *Humana quidem habebat et conservabat voluntatem.* Τὸ μὲν ἀνθρώπινον φυσικὸν εἶχεν τε καὶ συνετήρει θέλημα. Id est: Humanam quidem naturalem voluntatem habebat et conservabat.

(92) *Non tamen penitus contemnunt: et hæc contra difficultatem appetitus obijciunt.* Οὐ μὴν οὐδὲ παντελῶς ὑπερορῶσι [lege ὑπερορῶσι] ταῦτα καὶ τῷ ἀνορέκτῳ περιστέλλουσι. Id est: Non tamen penitus hæc contemnunt: et inappetentia coercent, reprimunt, etc.

τε καὶ πολλὴν τῆς ἀκουμένης κατεκληροδότησεν. Ὁ δὲ τοῦτου παῖς ὁ Ἠσαῦ κατάσχετος τῇ ἐπιθυμίᾳ γαζωνῶς οὐκ ἔρθως ἠθέλησεν αὐτὸν ἐπιθύμησεν. Καὶ βραχείᾳ ἡδονῇ μεγάλην δόξαν καὶ τιμὴν νόμῳ κυρουμένην ἀπεμύλησεν. Κριτὴν τὸν λαίμῳ τῶν πράξεων ἀντὶ τοῦ νόμου προβαλλόμενος, ἐξ οὐστάσεως, καὶ μυσία κακὰ τοὺς ἐνόχους κατεδάλλετο.

Ὁ δὲ δι' ἐναντίας λόγος ἐστὶ προσωπαίσιον καὶ φησὶν, ὡς αὐτὸ τοῦτο τὸ θέλειν εἶναι σπουδαῖον, καὶ τῆς τῶν πολλῶν διαίτης ἀνηγγέμενον, μηδ' ἤττον εἶναι γαστρὸς καὶ βρωμάτων γνωμικὸν ἐστὶ θέλημα. Εἰ γὰρ φυσικὸν ἦν, ἴδει πάντας τοῦτο ποιεῖν. Ἄλλὰ γὰρ εἰ γνωμικόν, ὡς τὰν, θέλημα τὸ πόνοις αὐτὴν καὶ ταλαιπωρίαις κατατρυχεῖν καὶ τῶν ἀνωμένων μᾶλλον ἢ τῶν εὐπαθούτων γίνεσθαι. Πρῶτον μὲν οὐχ ἔξει τι τῶν καθ' ἕκαστα (ὡς περὶ ὁ λόγος ὁ τὸ γνωμικόν ἐπιδεικνύς μὴ προσεῖναι θέλημα) παραδείγματι πρὸς συγκατάθεσιν ἄγον παρακομίζειν. Ἄλλ' εἰς κοινὸν τι καὶ ἀποφατικὸν καταφεύγων ἄνομα, καὶ τό, τε τὸ ἰδικόν τε καὶ ὑποστατικὸν ἀφοριζόμενος θέλημα τὴν οἰκείαν ἐρεσχέλιαν ἐπιζητήσει κρατύνεσθαι.

Ἀεύτερον δὲ, οὐκ ἀκριδὲς καὶ μέλι ἀγριον γνωμικῶν θελήματος ἐστὶ προβολή, καὶ γὰρ βιαστή ἐστὶν ἡ ἀπὸ τῶν ἡμερῶν Ἰωάννου ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, καὶ βιασταὶ ἀρπάζουσιν αὐτήν. Ὁ βίαιος οὖν ἦν, καὶ οὐ μόνον ἐξω γνωμικῶν θελήματος, ἀλλ' οὐδὲ θελήματος ὅπως ἢ τοῦ Ἰωάννου τροφή.

Εἰ δὲ τις προσεπιφλονεῖται φαίη, ὡς αὐτὸ τὸ βίαιον θελήματος ἐστὶ γνωμικῶν, πλὴν μὲν τὰ ἄτοπα ἔξεσται· πρόχειρον δὲ ὅτι λέληθεν αὐτὸν κοινόν τι θελήματος εἶδος, ἀλλ' οὐ γνωμικὸν ἐπεισάγων θέλημα. Ἔσται γὰρ αὐτοῦ τὸ τοιοῦτον θέλημα ἀβίαστον βίαιον, καὶ ἀθλήτων θέλημα. Ὅπερ ἀναπλάττον ὁ τοῦ γνωμικῶν θελήματος προεστῶς λαβεῖν ὁρῶν σύνθεσις οὐκ ἠθέλησεν. Ὁ αὐτὸς δὲ λόγος καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὅσα τὸ γνωμικὸν περιλαμβάνειν δύναται θέλημα. Εἰ δὲ κατὰ τὸ ἀνθρώπινον χώρον οὐκ εὗρεν τὸ γνωμικὸν καὶ ὑποστατικὸν θέλημα ἐπὶ Χριστοῦ σχολῇ γ' ἂν εἴη τοῦτο ἐπὶ τῆς θείας τοῦ Λόγου φαντάζεσθαι φύσεως, μάλιστα γὰρ ὅτι μὴδὲ τῷ Πατρὶ, μηδὲ τῷ παναγίῳ Πνεύματι, καὶ διὰ τοῦτο μὴδὲ τῷ

⁹¹ Matth.-xix. 21.

VARIÆ LECTIONES.

¶ Turrianus legebat νόμου, sed codex Colbertinus habet νόυ. ὁρῶν lege συναΐδησιν.

NOTÆ,

(93) Si voluntas gnomica est laboribus et miseriis affligere,..... primum quidem, etc., negationem confirmet. Εἰ γνωμικὸν θέλημα τὸ πόνοις αὐτὸν καὶ ταλαιπωρίαις κατατρυχεῖν..... πρῶτον μὲν οὐχ ἔξει τι τῶν καθέκαστα (ὡς περὶ ὁ λόγος ὁ τὸ γνωμικὸν ἐπιδεικνύς μὴ προσεῖναι θέλημα) παραδείγματι πρὸς συγκατάθεσιν ἄγον παρακομίζειν· ἀλλ' εἰς κοινόν τι καὶ ἀποφατικὸν καταφεύγων ἄνομα καὶ τό, τε τὸ ἰδικόν (malum ἰδικόν) τε καὶ ὑποστατικὸν ἀφοριζόμενος θέλημα, τὴν οἰκείαν ἐρεσχέλιαν ἐπιζητήσει κρατύνεσθαι. Id est: Si voluntas gnomica est, laboribus et miseriis se ipsum affligere..... primum quidem non poterit [is qui a nobis dissentit] aliquid singulare proferre quod exemplo quoriam nos ad assentiendum cogat (sicut ratiocinatio vestra quæ gnomica voluntatem non inesse Christo demon-

strarum hæreditatis loco tradidit. Hujus autem filius Esau captus et victus cupiditate, non recte voluit, neque concupivit, et brevi voluptate magnam gloriam et honorem lege confirmatam vendidit, loco legis judicem actionum gulam deligens, quæ seditionibus et infinitis malis eos, qui eo vitio tenentur implicavit.

Sed adhuc adversarius pergit impudenter contradicere, et quod hoc ipsum, velle esse virtutis studiosum, et præstantiorem vivendi rationem præ multis aliis sequi, et non vinci vitio ventris, ac gula, voluntas gnomica est. Si enim naturalis esset, oporteret, ut omnes hoc facerent. At si voluntas gnomica est (amicæ) laboribus et miseriis se affligere (93), et fieri de numero eorum, qui in angoribus magis quam in lætis et commodis rebus sunt, primum quidem, qui probat non inesse voluntatem gnomica, non poterit ullam rem singularem afferre, quæ sit exemplum ad inducendam assentionem; sed negans universe, id est, dicens non esse voluntatem gnomica, studebit ut suam negationem confirmet.

Secundo vero locustæ, et mel sylvestre non sunt voluntatis gnomicæ, siquidem a diebus Joannis Baptistæ regnum cælorum vim patitur, et violenti rapiunt illud⁹¹. Violentus ergo erat cibus Joannis, et non solum extra voluntatem gnomica, sed neque voluntatis prorsus.

Si quis vero adhuc contendens, dicat hoc ipsum violentum gnomicæ voluntatis esse, tum multa quidem absurda sequentur, tum vero hoc, quod in promptu est, quod nesciens iste novam quamdam speciem voluntatis, non tamen gnomica, introducit; erit enim hujusmodi voluntas violentia sine violentia, et aliquem velle, quod non vult; quod quidem cum finxit is, qui gnomica voluntatem defendit, noluit sentire quid diceret. Idem dicendum est etiam in aliis, quæcunque non possunt complecti voluntatem gnomica (94). Si vero secundum humanitatem non reperit locum in Christo voluntas gnomica et hypostatica, frustra hæc cogitabitur (95) in divina natura Verbi, quia nec in

strat) sed ad commune et ad negativum vocabulum confugiens, speciale vero et hypostaticam voluntatem segregans, propriam confirmare negationem conabitur.

(94) Quæcunque non possunt complecti voluntatem gnomica. Ὅσα τὸ γνωμικὸν περιλαμβάνειν δύναται θέλημα. Id est: Quæcunque possunt gnomica voluntatem complecti.—Legebat Turrianus οὐ δύναται, sed præferenda lectio cod. ms.

(95) Frustra hæc cogitabitur, etc., attribuere audebit. Σχολῇ γ' ἂν εἴη τοῦτο ἐπὶ τῆς θείας τοῦ Λόγου φαντάζεσθαι φύσεως, μάλιστα γὰρ ὅτι μὴδὲ τῷ Πατρὶ μὴδὲ τῷ παναγίῳ Πνεύματι (καὶ διὰ τοῦτο μὴδὲ τῷ Υἱῷ καὶ Λόγῳ) διακεκριμένον τι ποιότητι καὶ διατελλόμενον ιδιότητι οὐμένου οὐδεὶς εὐσεβῶν λογισμὸς περιέπτεται ἂν ἔξοι τὸ γνω-

Patre, nec in Spiritu sancto, ac proinde nec in Filio a Verbo. Sane quidem voluntatem gnomi- cam qualitate distinctam et proprietate discretam, nemo cum pia ratione, divinæ naturæ attribuere audebit.

Fortassis autem alicui in mentem veniet, ut dicat, non esse impossibile dicere violentum absque violentia, et velle aliquem, quod non vult; iste autem fuerit is, qui ignorat impossibile. Si enim alia ratione esse violentum, et alia non violentum, et similiter alia ratione vult hoc, alia vero non vult: quomodo hoc erit absurdum? Etenim, ut alia omittam, Martyres cum patiebantur acerbissima supplicia, quatenus dolebant, et violentiam illam intolerabilem sustinebant, violente premebantur quatenus vero tormenta declinare poterant, et in errore cultus idolorum conniventes, non pati ea; illud quod tantam violentiam alioqui inferebat, non violentum efficiebatur. Eodem exemplo discernitur illud, velle aliquem, quod non vult.

Hæc est explicatio et enodatio verborum pugnantium, quæ rationem, quæ efficit, non esse in Christo voluntatem gnomi- cam, non potest commovere, imo potius contrarium concludit (96): siquidem esse ex alia quidem parte violentum, ex alia vero non violentum, et similiter alia ratione velle, alia non velle, nemo hactenus voluntati gnomi- cæ affinxit monstrose. At, qui non an aliquid non est unquam dictum (97), oportet considerare eum, qui scit integre et incorrupte philosophari, sed an, quod natura est, tanquam non sit, negligatur (98). Simul etiam annon perspicere naturam, quam ratione contemplamur, et cum appellatione rei, tanquam sit, pugnet, non est dictum; sed minime, qui scrutatur essentiam, mentitur.

Igitur dicere oportet, quare aliquid est, et num cur aliquid a multis tacetur, et fraudatur ejus essentia (99)? multa enim priusquam perfectiori dis-

Α Υἱῷ καὶ Λόγῳ διακεκριμένον τι ποιότητι, καὶ δι- στελλόμενον ἰδιότητι, οὐ μὲν οὐδὲ εὐσεβῶν λογισμὸς περιάπτειν ἂν ἔξει τὸ γνωμικὸν θέλημα.

Ἰσως δ' ἂν τισιν ἐπέλθοι λέγειν ὡς οὐδὲν ἐστιν ἀδύνατον ἀβίαστον βίαιον λέγειν καὶ ἀθέλητον θέλη- μα ἄ.τ. Οὕτως ἂν εἴη ὁ μὴ συνηθημένος ἄδύνατον. Εἰ δὲ καθ' ἕτερον μὲν βίαιον, καθ' ἕτερον δὲ ἀβία- στον, καὶ καθ' ἕτερον μὲν ἀθέλητον, καθ' ἕτερον δὲ θέλημα. Πῶς ἂν εἴη παρεῖδουσιν ἔχον τὸ ἀτοπον; καὶ γὰρ ἵνα νῦν παρῶ τὰ ἄλλα, ὁ τῶν μαρτύρων χορὸς ὑπὲρ εὐσεβείας πάσχων τὰ ἀνήκεστα, καθὼ μὲν ἠλγύνετο, καὶ τὴν ἀκαρτέρητον ἐκείνην βίαν ὑφίστατο, τῷ βίαιῳ ἂν εἴη στενοχωρούμενος. Καθὼ δὲ ἐξὸν τὰς βασιάνους ἐκκλίνειν πρὸς τὴν εἰδωλικὴν ἀπονεύσαντα πλάνην, οὐκ ἠθέσχετο, ἀβίαστον τε αὐτὸ ἐποίησε τὸ τοσαύτην βίαν ἐπαγόμενον. Ἐκ δὲ τῆς αὐτῆς εἰκόνας καὶ τὸ ἀθέλητον διευκρίνεται θέλημα.

Ἡ οὕτος ὁ λόγος ἀνάπτυξις μὲν ἐστὶ βημάτων μαχομένων καὶ σαφήνεια, οὐ μὴν τὴν κατασκευάζου- σαν ἀπόδειξις, ὡς οὐκ ἐστὶν ἐπὶ Χριστοῦ γνωμικὸν ἀνθρώπινον θέλημα, παρασαλεύειν ἰσχύει, ἢ το- σαύτης ἔναντιον περαινέει, καὶ γὰρ τὸ κατὰ τι βίαιον, κατὰ τι δὲ ἀβίαστον, καὶ τὸ κατὰ τι μὲν ἀθέλητον, κατὰ τι δὲ θέλημα. Οὐδαμῶς μέχρι τοῦ νῦν τῷ γνω- μικῷ περιάψειν ἑτεραπεύσατο θελήματι. Ἡ οὐκ εἰμὶ εἰρηται τὸν καθαρῶς εἰδῶτα καὶ ἀδεκάστως φιλοσοφεῖν, προσήκει σκοπεῖν. Ἄλλ' εἰ τὸ πεφυκὸς εἶναι ὡς μὴ ὄν παρεώραται, καὶ ἅμα τῷ μὴ συνορᾶν τὴν φύσιν τῷ λόγῳ θεωρουμένην, καὶ πρὸς τὴν κλήσιν διαμάχεσθαι, οὐκ εἰρηται, ἀλλ' οὐχὶ καὶ τὴν ὑπαρξίν ἐρευνώμενον ψεύδεται.

Οὐκ οὖν εἰρησθαι, διότι τῶν ὄντων ἐστίν, ἀλλὰ μὴ διότι τοῖς πολλοῖς σιγᾶται, καὶ τὴν ὑπαρξίν παραγράφεται. Πολλὰ γὰρ πρηνὴ μὲν ἀκριβεστέρᾳ

VARIÆ LECTIONES.

ἄ.τ. deesse hic aliquid videtur. * rectius in cod. Colbert. συναϊδόμενος. † cod. Colb. τὸ ταύτης
 ἢ idem κατὰ τι βίαιον. † l. εἰ μὴ.

NOTÆ.

μικρὸν θέλημα. Id est: Multo minus hoc licet in divina Verbi natura cogitare. Maxime quia neque Patri neque sancto Spiritui (proinde nec Filio et Verbo) gnomi- cam voluntatem qualitate discretam et proprietate distinctam attribuere poterit ulla pia ratiocinatio.

(96) *Hæc est explicatio... quæ rationem... non esse in Christo voluntatem gnomi- cam, non potest commovere, imo potius contrarium concludit.* Ἡ [malim ἢ] οὕτος ὁ λόγος ἀνάπτυξις μὲν ἐστίν... οὐ μὴ τὴν ἀπόδειξις, ὡς οὐκ ἐστὶν ἐπὶ Χριστοῦ γνωμικὸν ἀνθρώπινον θέλημα παρασαλεύειν ἰσχύει; ἢ τοσαύτης [lege τὸ ταύτης] ἐναντίον περαινέει. Id est: Num hæc est explicatio quidem... quæ demonstrationem... non esse in Christo gnomi- cam voluntatem huma- nam, non potest evertere? an potius contrarium concludit?—Turrianus non expresserat particulas ἢ num? μὲν quidem, οὐ μὴν non tamen, ἢ an potius? Attamen id fieri debebat, ut distingueret lector adversarium Photii, illa ipsi objicientem, a Photio, cujus responsum incipit, p. 456, l.

(97) *Atqui non an aliquid non est unquam dictum.* Ἡ οὐκ, εἰμὶ (lege εἰ μὴ) εἰρηται. Id est: An vero non, utrum aliquid nunquam dictum fuerit...? —

In eundem lapidem quo superius impegerat Tur- rianus omittens ἢ.

(98) *Sed an quod natura est, tanquam non sit, etc., scrutatur essentiam, mentitur.* Ἄλλ' εἰ τὸ πεφυκὸς εἶναι, ὡς μὴ ὄν παρεώραται καὶ ἅμα τῷ μὴ συνορᾶν τὴν φύσιν τῷ λόγῳ θεωρουμένην καὶ πρὸς τὴν κλήσιν διαμάχεσθαι, οὐκ εἰρηται: ἀλλ' οὐχὶ καὶ τὴν ὑπαρξίν ἐρευνώμενον ψεύδεται. Id est: Sed an quod ex natura sua existit, quasi non sit, neglectum fuerit neque hominum sermonem tritium fuerit statim atque ipsius naturam, quæ ratione considerari debet, non vidit quispiam et ejusdem appellationi repugnavit: quamvis illud, si quis ejus naturam studiose scrutetur, existentiam non mentiatur.

(99) *Igitur dicere oportet, quare aliquid est, et num cur aliquid a multis tacetur et fraudatur ejus essentia.* Οὐκ οὖν εἰρησθαι (δει) διότι τῶν ὄντων ἐστίν, ἀλλὰ μὴ, διότι τοῖς πολλοῖς σιγᾶται, καὶ τὴν ὑπαρξίν παραγράφεται (malim παραγράφεσθαι). Id est: Illud igitur quia ens reale est, hominum ser- mone debet usurpari: non autem, quia vulgo tacetur, propria existentia defraudari.

ὑποβληθῆ ἑρεύνη ἀπλῶς τε λέγεται, καὶ τὸ ὄνομα A πᾶσι δῆλον παρέχεται. Ἀναγκισσόμενα δὲ καὶ λαπτολογούμενα συμπλοκὴν τινα προβάλλεται. Καὶ κλησὶν ἐπιζητεῖ καταλλήλων τοῦ νοήματος. Αὐτίκα τὸ φυσικὸν ἀνθρώπινον καὶ ὁμολογούμενον θέλημα πολυπραγμονούμενον, διαφορᾶς ἂν ὀφθεῖη προϊσχύμενον. Αἱ καὶ τὴν ἑτερότητα συνιστῶσι, καὶ τὸ κοινὸν εἶδος εἰς ἐτέρας καινότητας ἢ διατέμνουσιν, οἷον θέλει τις φαγεῖν καὶ πιεῖν· ἀλλ' ὁ μὲν μᾶλλον, ὁ δὲ ἤττον τὴν τοιαύτην ἔφρασιν διὰ βίου κέκτηται. Καὶ τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἤττον τὸ φυσικὸν οὐ μερίζει καὶ συστέλλει πρὸς εἰδικώτερον θέλημα. Διότι μὴδὲ πέφυκε τὸ μᾶλλον καὶ ἤττον εἶδους τινὸς ἢ κοινότητος σύμφυτον ἐξαλλαγὴν ἀπεργάζεσθαι.

Ἐρεῖ οὖν τις ὀρθῆ διακοπτόμενος ὅτι κρίτει, ὡς αὐτοῦ δὴ τὸ φυσικὸν θέλημα, καθὸ μὲν ἐπὶ πάντας ἀνθρώπους ὁμοτίμως διαβαίνει, εἰς ὑποβηχότα εἴη ἢ οὐ τέμνεται· καθὸ δὲ τὰς ἀπὸ τοῦ μᾶλλον καὶ ἤττον ἐπιδέχεται παραλλαγὰς, ἀναλογίαν τινὰ σῶζει πρὸς τὰ διαιρούμενα καὶ τὴν διαίρεσιν εἰς εἶδους προβολὴν οὐκ ἐπιδέχεται. Οὐδὲν οὖν ἐκώλυσε καὶ τὸ φυσικὸν ἀπλῶς ὁμολογεῖν ἀνθρώπου θέλημα, καὶ τοῦτο πολυπραγμονούμενον καὶ διαφοραῖς ὡσπερ αὐτὸ διαστελλόμενον ποικιλωτέρᾳ διανοίᾳ καὶ ποικιλωτέροις ὀνόμασιν ὑποβάλλεσθαι· τὸ αὐτὸ δὲ καὶ ἐπ' ἄλλων μυρίων προβλημάτων εὐρήσει τις θεωρούμενον.

Ἄλλὰ τὰ πορρωτέρω λέγω, ἐνὸν ἐγγυτέρω τὸν λόγον πιστώσασθαι παραδείγματι; Παῦλος ἔφαται C καὶ ἀγνίζεται, καὶ περιτέμνει Τιμόθεον. Ἄρα καθαρῶς καὶ ἀμιγρῶς θέλων καὶ μὴδὲν ἐπιστάμενος τῶν ἀθελήτων ἐπιπλεκόμενος ἢ τῷ θελήματι; Καὶ πῶς ζημίαν ἡγεῖται τὰ τοῦ νόμου καὶ σκόδαλα καὶ τὸ περιτέμνεσθαι τῷ τοῦ Χριστοῦ καταργεῖσθαι κήρυγμα; Οὐκ οὖν ἀκούσια ταῦτα καὶ ἀθελήτα λόγος οὐδεὶς ἀντιφθέξοιτο καὶ τρόπος οἰκονομίας τῷ ἀπρεπεῖ μάλιστα καὶ ἀθελήτῳ στηριζόμενός τε καὶ ἐπιπλεκόμενος τῷ θελήματι. Ἄρ' οὖν τις ἡμῖν φρονήσει τῶν ὀνομάτων, ὁρῶν τὰ κατὰ συμπλοκὴν πράγματα προσφυῶν καὶ καταλλήλων ῥημάτων δεόμενα; Τί δαί ἄστοπον, μᾶλλον δὲ πῶς οὐκ ἀναγκαῖον ὀνομάζειν ἐπειπερ ὑπάρχον ὁρᾶται καὶ ἀθελήτων θέλημα, καὶ βίᾳ ὑπαδουμένη τὸ ἐκούσιον; Καὶ τοῖς

cussioni seu notioni subjiciantur, simpliciter dicuntur; et nomen omnibus manifestum tribuitur. Explicata vero et subtiliter excussa, complicationem quamdam præ se ferunt, et requirunt appellationem notioni convenientem; et ut statim de voluntate dicamus, naturalis voluntas hominis, quam omnes concedunt, si accurate inquiratur, reperietur habere differentias, quæ et diversitatem constituunt, et communem speciem in alias communitates dividunt (1), v. gr. vult comedere et bibere; sed hic magis, ille minus ejusmodi desiderium habet, dum in vita est, et magis et minus naturalem voluntatem non partitur, et contrahit ad magis particularem, quia magis et minus non potest natura variationem naturalem speciei vel communitatis efficere.

B Dicet ergo aliquis recto judicio rem perpendens, hanc voluntatem naturalem quatenus ad omnes homines æqualiter manat, et pertinet, non dividi in species subjectas; quatenus vero variationes ex eo, quod magis aut minus inest, recipit, servare proportionem quamdam ad divisa pertinentem, et divisionem ad producendam speciem non suscipere. Nihil igitur prohibuit conlteri simpliciter naturalem voluntatem hominis, et hanc accurate excusam, et differentiis veluti distinctam, variæ notioni et variis nominibus subjicere; idem etiam in infinitis aliis quæstionibus reperiemus spectari.

Sed quid opus est commemorare longinqua, cum prope habeamus, unde quod dicimus, confirmemus? Paulus tondetur, et purificatur, ac circumcidit Timotheum. Nunquid pure et impermixte volens, et nihil eorum, quæ volebat (2), cum voluntate implicatum sustinens? et quomodo quæ legis sunt detrimentum reputat (3), et stercora? et circumcidi, evacuari Christi prædicationem? Nullus igitur contradicet, quin hæc essent a voluntate ejus aliena (4), eratque modus œconomix, id est, gubernationis, in voluntate maxime aliena et invita fulcitus et implicatus. Num igitur aliquis invidabat nobis nomina (5), si videat res implicatas verbis aptis, et congruentibus indigere? Quid autem absurdi est, quin potius quomodo non necessarium est nominare? (siquidem cernitur esse et voluntas invita, et

VARIÆ LECTIONES.

ἢ κοινοτήτας. ὃ I. διασχεπτόμενος. ἢ εἶδη. ἢ An ἐπιπλεκόμενος?

NOTÆ.

(1) *Et communem speciem dividunt*: Καὶ τὸ κοινὸν εἶδος... Ἴδ est: Et communem speciem non dividunt. — Particula οὐ deerat in codice ms. Turriani, attamen est necessaria, quippe legitur inferiorius οὐ μερίζει... μὴδὲ πέφυκεν... ἐξαλλαγὴν ἀπεργάζεσθαι.

(2) *Nihil eorum quæ volebat*: Μὴδὲν τῶν ἀθελήτων. Ἴδ est: Nihil eorum quæ volebat.

(3) *Quomodo quæ legis sunt, detrimentum reputat, et circumcidi, evacuari Christi prædicationem?* Πῶς ζημίαν ἡγεῖται τὰ τοῦ νόμου καὶ τὸ (malum τῷ) περιτέμνεσθαι τὸ τοῦ Χριστοῦ καταργεῖσθαι κήρυγμα. Ἴδ est: Quomodo quæ legis sunt, detrimentum

reputat, et circumcisione seu per circumcisionem evacuari Christi prædicationem? — Turrianus reddendo τῷ περιτέμνεσθαι per circumcidi, inseruerat versioni Latinæ Græcismum, qui non intelligi potuit ab iis qui Latine tantum sapient, nec possunt supplere articulum τῷ quem interpret omiserat.

(4) *In voluntate maxime aliena*: Τῷ ἀπρεπεῖ μάλιστα θελήματι. Ἴδ est: Voluntate maxime indocenti.

(5) *Num igitur aliquis invidabat nobis nomina?* Ἄρ' οὖν τις ἡμῖν φρονήσει τῶν ὀνομάτων. Ἴδ est: Num igitur aliquis invidabit nobis nomina?

voluntarium per vim subiens) et hæc verbis significantibus enuntiare ac patefacere? Reputare igitur oportebat, non quod nomina non fuerunt tibi in promptu, sed an natura rerum requirat, ut aptis et idoneis verbis significentur.

Sed hæc quidem rursus dicit aliquis in contrariam partem ad evertendum rationem, quæ efficit, qui contrariam partem defendit, non oportere, dicere in Christo voluntatem gnosticam (6). At nullus requisivit (objicit veritas) nec ut indagaretur natura rei propositæ (7), nec ut inventa silentio deleteretur et celaretur; neque propter rarum usum nominum substantia rerum dilaberetur. Nemo igitur quidquam horum neque proposuit, nec criminatus est, sed quod gnomica voluntas pure, ei sine ulla aliena implicatione in quæstione posita est (8), hoc quidem tanquam ne omnino quidem dictum esset, nec cognitum, præterivit, et despexit, commiscens autem voluntariam cum invito, et violentum cum non violento, et hoc multiplici verbo notionem simplicis rei imponens, existimat se latere auditores, qui vitam facit contradictionem (9). Alioquin neque penitus gnosticam voluntatem sanctis viris demimus, absit. Homines enim cum essent, et nondum sarcinam carunculæ deposuissent, sæpe numero humanis voluntatibus gnosticis utebantur. Sed illud dicimus, si in illis sæpe, carni adhuc et sanguini alligatis gnomica voluntas contrahebatur in angustam, quis non refugiat sentire (10), aut dicere fuisse in Christo voluntatem gnosticam? continua autem refutatio argumenti et rationis, qua recta opinio confirmatur, non solum non reddit infirmiore rationem conclusionis de veritate (11), sed contra potius inexpugnabilem esse demonstrat. Excogitare enim contra eam omnes laβάς, id est, captiones, et omnes eas facile ab ea dissolvi, et extra omnem calumniam stare (12), quomodo non

σημαίνουσιν ἀπαγγέλλειν ταῦτα γινώριμά τε ποιεῖν καὶ τοῖς ῥήμασιν; Ἐναθεωρεῖν τοῖσιν προσῆκεν οὐχ ὅτι μὴ πρόχειρά σοι καθέστηκε τὰ ὀνόματα· ἀλλ' εἰ ἐπιζητεῖ τῶν πραγμάτων ἢ φύσις διὰ τῶν προσφωτῶν ὀνομάτων σημαίνεσθαι.

Ἄλλὰ ταῦτα μὲν εἰς τὸναντίον πάλιν ἐρεῖ περὶ τρέπων τὴν ἀπόδειξιν δι' ἧς γνωμικὸν ἐπὶ Χριστοῦ μὴ δεῖν λέγεσθαι κατασκευάζεται θέλημα, ὃ τῆς ἀντικειμένης προσιτάμενος μεριδος. Ἄλλ' οὐδεὶς ἀπήτησεν; ἀνθοποφῆροι ἂν ἡ ἀλήθεια; οὔτε διερευνᾶσθαι τὴν φύσιν τοῦ προτεθέντος πράγματος. Οὔτε εὑρεθεῖσαν σιωπῇ ταύτην ἀφηνιάζειν καὶ ἀποκρύπτεσθαι· οὐδ' ἀπὸ τῆς τῶν ὀνομάτων πανιζούσης χρήσεως τὴν τῶν πραγμάτων διασκεδάζειν ὑπόστασιν. Οὐ μὲν οὐδὲς τούτων οὐδὲν οὔτε προσθετοῦσι ἡτιάσατο, ἀλλ' ὅτι τὸ γνωμικὸν θέλημα καθαρῶς καὶ χωρὶς τινος ἐπιπλοκῆς ἀλλοτρίας προτεθὲν εἰς ζήτησιν, τοῦτο μὲν ὡσπερ μὴδὲ ῥηθὲν ὁλῶς μὴδὲ νοηθὲν παρῆδραμέν τε καὶ παρεδιδέφατο, συμφωνήσας δὲ τὸ ἐκούσιόν τε καὶ τὸ βεβιασμένον καὶ ἀβίαστον, καὶ τούτῳ τῷ πολυπλόκῳ νοήματι τὴν τοῦ ἀπλοῦ περιθέμενος διάνοιαν, οἴεται τοὺς ἀκροατὰς λανθάνειν ὃ τὴν ἀντιλογίαν βίον ποιοῦμενος. Ἄλλως τε ἐὰν οὐδὲ καθόλου περιαιρούμεν τῶν ἁγίων ἀνδρῶν τὸ γνωμικὸν θέλημα, μή τι γένηται: Ἄνθρωποι γὰρ ὄντες, καὶ μήπω τοῦ σαρκίου τὸ φορτίον ἀποθέμενοι· καὶ ἀνθρωπίνους πολλάκις γνωμικοῖς ἐχρῶντο θελήμασιν. Ἄλλ' ἕκασιν φαμέν, ὡς εἰ ἐν ἐκείνοις πολλάκις ἐτι σαρκὶ συνδεδεμένοι καὶ αἵματι, τὸ γνωμικὸν συνετέλλετο θέλημα. Ἐπιλελύπει ὃ τε περιεῖναι μὴ κωλυόμενον. Τί; ἂν οὐκ ἐγκαλύψαιτο φρονεῖν ἢ λέγειν ἐπὶ Χριστοῦ γνωμικὸν ὑπάρχειν θέλημα; οὐ μὴν οὐδὲ ἡ συνεχῆς ἀντιλογία τοῦ κατασκευάζοντος τὴν ὀρθὴν δόξαν ἐπιχειρήματος ἀνωτέραν ἢ τὴν περὶ τῆς ἀληθείας ἀπόδειξιν ἀπεργάζεσθαι. Ἄλλὰ τὸναντίον καὶ ἀναντιρρήτον ἐπεδείκνυσιν. Τὸ γὰρ πάσας μὲν λαβὰς κατ' αὐτῆς ἐπινοεῖν, πάσας δὲ

VARIE LECTIONES.

ἃ legi ἐπιλελοίπει. ἑ Ἀν. ἀνωτέραν

NOTÆ.

(6) Sed hæc quidem rursus, etc. voluntatem gnosticam. — Hic erat transpositio, quæ sic potest reformari: Sed hæc quidem rursus in contrarium dicit, is qui contrariam partem defendit, ad evertendam demonstrationem quæ astruebat, gnosticam in Christo voluntatem dici non oportere.

(7) At nullus requisivit (objicit veritas) nec ut indagaretur natura rei propositæ: Ἄλλ' οὐδεὶς ἀπήτησεν, ἀνθοποφῆροι ἂν ἡ ἀλήθεια, οὔτε διερευνᾶσθαι τὴν φύσιν τοῦ προτεθέντος πράγματος. Id est: At nullus requisivit (ait veritas ad solvendam adversarii objectionem) ut non indagaretur natura rei propositæ.

(8) Sed quod gnomica voluntas pure... in quæstione posita est. — Sensus et series argumenti postulavit ut legatur: Sed quod, postquam gnomica voluntas pure... in quæstione posita est.

(9) Et hoc multiplici verbo, etc. contradictionem: Καὶ τούτῳ τῷ πολυπλόκῳ νοήματι [αὐτῶν ῥήματι] τὴν τοῦ ἀπλοῦ περιθέμενος διάνοιαν, οἴεται τοὺς ἀκροατὰς λανθάνειν ὃ τὴν ἀντιλογίαν βίον ποιοῦμενος. Id est: Et hoc valde implexo mentis conceptu (al. vocabulo) simplicis rei notionem involvens latere se auditores existimat is qui ex proponendis obje-

ctionibus seu contradictionibus victam querit.

(10) Si in illis... gnomica voluntas contrahebatur in angustum, quis non refugiat sentire...? Ei ἐν ἐκείνοις... τὸ γνωμικὸν συνετέλλετο θέλημα ἐπιλελοίπει [erat in meo ms. ἐπιλελύπει; sed male] τὴν παρεῖναι μὴ κωλυόμενον. τίς ἂν οὐκ ἐγκαλύψαιτο... Id est: Si in illis... gnomica voluntas contrahebatur in angustum: et tamen supererat, quoniam ad esse non prohibebatur, quis non erubesceret sentire, etc. — Erat omissio in Latina versione Turriani.

(11) Continuo autem refutatio argumenti et rationis, etc. De veritate. Οὐ μὴν οὐδὲ συνεχῆς ἀντιλογία τοῦ κατασκευάζοντος τὴν ὀρθὴν δόξαν ἐπιχειρήματος ἀνωτέραν [lego ἀνωτέραν] τὴν περὶ τῆς ἀληθείας ἀπόδειξιν ἀπεργάζεται. Id est: Neque tamen continua contradictio facta ei argumenti, quod rectam opinionem astruit, infirmiore reddidit propositam de veritate demonstrationem.

(12) Extra omnem calumniam stare: Πάσας ἐκ τῆς διαβολῆς καὶ ἐπιπλοκῆς ἐστάναι. Id est: Extra omnem calumniam et oppugnationem seu labefactionem stare.

ἐκεῖνην ῥαβδίως διαλύειν, καὶ πάσης ἐκτὸς διαβολῆς· καὶ ἐπιχειρίας ἐστάναι, πῶς οὐκ ἀναπέβλητον αὐτῆς τὸ κράτος· ἀνακαλύπτεται; Καίτοι γε εἰ καὶ τὸ ἐπιχειρήματα τοῦτο ἀντιλογίαν οὐ ῥᾶν οὖσαν ἐδέχτο διαλύεσθαι, οὐδ' οὕτως ὁ ἐναντίας λόγος ἐρώννυτο. Τὰ γὰρ λοιπὰ τῶν ἐπιχειρημάτων ἐπὶ τοσοῦτον ἐμφανεστάτην παρέχεται τὴν ἀλήθειαν, ὡς μηδὲ ἐπιχειρῆσαι ὄλωσ' αὐτὴν ἀντιδρᾶσαι τὸν πάσης τόλμας ἔτοιμον ὄντα τολμᾶν, εἰ καὶ τὴν αἰσχύνην διὰ πασῶν ἀποφέρεται. Οἷς μὲν γὰρ οἱ προσενεχθέντες; λόγοι τὸ ἦτρον ἠέγκαντο, τὴν νίκην κυρήττουσιν ἄμαχον, οἷς δὲ καὶ αὐτῶν τῶν συμπλακῆναι τεθῆσασιν, τὸ κράτος τῶν ἀριστευμάτων οὐδ' ἀμφίβολον ἐμαρτύρησαν.

Ἄλλω; τε δὲ, εἰ ἀριστος μὲν λόγος οὐ τῆς ἀληθείας ἐπὶ τοσοῦτον ἢ αὐτῆς ἀπατερπύπει, ὡς μηδ' ἀντιδρᾶσαι πρὸς αὐτὸν τὴν ἔριν· μηδὲ τὴν ἀρχὴν προσβάλλειν ἐπισκιάζειν αὐτῆς ταῖς φιλονεικίαις; τὴν λαμπρότητα. Κράτιστος δὲ πάλιν λόγων, ὅς ἀπάσας τὰς τῶν ἀντιπάλων λαβὰς αἰ τοῦτοις ἐπενοήθησαν διαφυγῶν καὶ κατὰ πάντας ἀγῶνας τὴν νίκην ἀναδησάμενος εἰς τέλος καταβλήθέντων τῶν ἀνταγωνιστῶν· ὁ ἄμφω συλλαβῶν ἐν αὐτῶ, τοῦ μὲν τὸ ἄμαχον κράτος, τοῦ δὲ τὸ ἀναφαίρετον ἀριστεῖον, καὶ τὴν ἐξηρημένην καὶ ἀπαραμίλλητον ἀρετὴν ἐκατέρου μόνος ἔχων ἔλλαμπρύνεσθαι· πῶς οὐκ ἂν ὁ λόγος οὗτος, οἷος ὁ παρῶν τελευτάτην τε καὶ ἀναπέβλητον τὴν τῆς ἀληθείας ἰσχύϊν ἐπιδείκνυσιν; Ἄλλὰ γὰρ διὰ τοῦτο ταῦτά τε καὶ τὰ ἀντιλογίας προήνεγκεν ἢ τῆς ὑποθέσεως; ἔρρουσα, ἵνα σαφῶς ἐπιγνῶς; ὡ; εἰ καὶ συντόμως, πλὴν οὐ παρέργως τὴν τῶν πραγμάτων φύσιν εἰς φῶς προβαλλομένη προήνεγκεν.

Ὁ μὲν οὖν παρῶν λόγος; οὐ κατὰ πολὺ ἔλαττον τῆς συγγυμνασίας στοχαζόμενος, ἢ τῆς ἐν τῇ φύσει τῶν πραγμάτων ἐπιγνώσεως, ἐπιτόμως οὕτως ταῦτα διελέλυθεν. Εἰ δὲ τις ἀπὸ τῶν ἱερῶν λογίων, ἢ τῶν θεοφόρων ἡμῶν Πατέρων γλαφυρῶτέραν τινὰ θεωρίαν μᾶλλον καὶ πρὸς ἀλήθειαν ἀνηγγεμένην μαθῶν ἀποκαλύψειεν, ὁἴστων ἂν ἡμᾶς ἔψαιτο τὴν τῶν μαθητῶν καταλαμβάνοντας τάξιν ἀντὶ τοῦ ζητεῖν διδασκάλους; νομίζεσθαι.

(13) *Tum etsi quamvis, etc.* Καίτοι γε, εἰ καὶ. Id est: Aiqui tamen, quamvis, etc. — Forte Turr. scripserat tametsi.

(14) Reliqua enim hujus argumenti et rationis: D Τὰ γὰρ λοιπὰ τῶν ἐπιχειρημάτων. Id est: Reliqua enim argumenta.

(15) *Et quidem quos sermones facti a contradicendo deterruerunt, sine pugna illos quidem victos prædicant; quibus autem admirationem moverunt, commissa pugna, illis vires non dubias strenue testati sunt.* Οἷς μὲν γὰρ οἱ προσενεχθέντες λόγοι τὸ οὐῆτρον ἠέγκαντο, τὴν νίκην κηρύττουσιν ἄμαχον. Οἷς δὲ καὶ αὐτῶν (lego αὐτῶ) τῶν συμπλακῆναι τεθῆσασιν, τὸ κράτος τῶν ἀριστευμάτων οὐδ' ἀναμφίβολον ἐμαρτύρησαν. Id est: Nam quatenus quidem adversariorum nostrorum ratiocinationes commissa quasi inferiores discesserunt, nostram victoriam prædicant esse hujusmodi, ut redintegrando prælio locum non relinquat: quatenus autem in ipso veluti conflictu obstupuerunt, strenuitatis nostræ robor non esse dubium testatæ sunt.

Turrianus credidit hos ablativos, οἷς μὲν, . . . οἷς

omnibus invictum robor ejus patefacit? tum etsi quamvis hoc argumentum non facile rationem contradicentis dissolveret (13), nec sic tamen adversarij disputatio valeret; reliqua enim hujus argumenti et rationis (14), usque adeo perspicuam, et dilucidam exhibent veritatem, ut neque qui præsto sit ad audendum omnia, contra eam aspicere nitatur; quamvis in omnibus pudorem amandet procul, et quidem quos sermones facti a contradicendo deterruerunt, sine pugna illos quidem victos prædicant; quibus autem admirationem moverunt, commissa pugna, istis vires non dubias strenue testati sunt (15).

Jam vero si optimus quidem sermo est, ejus veritas tanto splendore fulget, ut nec ex adverso in eum intueri ipsa contentio possit; neque contentiosus intentet fulgor ejus humbrationem; fortissimus vero rursus sermo est, qui omnes tendiculas adversariorum, quas excogitaverunt, effugit, et in omni certamine victoriam adeptus, postremo pugnantem prosternit; sermo qui utrumque horum in se complexus est, illius quidem victoriam sine pugna, hujus vero præmium strenui bellatoris, quod nunquam eripi possit, ac virtutem excellentem, et extra certamen positam; quomodo, ut ratio postulat hic sermo, qualis est hic præsens, non absolutissimam et invictam veritatis firmitudinem ostendit? Verum ea de causa hæc, et quæ in hæc re contradicuntur, attulimus, et scrutati sumus, ut perspicue et breviter cognoscas; imo nec otiose naturam rerum in lucem deprompsimus (16).

Hæc igitur nunc hactenus breviter, ac concise tractavimus, ut non multo minus in exercitationem, quam in cognitionem naturæ rerum aspiceremus. Si quis vero vel ex sanctis Scripturis, vel ex sanctis Patribus aliquid magis dolatum, et gratius, ac magis ad veritatem accommodatum didicerit, et nobis detexerit, cito videbit nos e numero et ordine discipulorum factos, habere eos magistros (17).

NOTÆ.

δὲ, significare personas: sed debemus subintelligere πράγμασιν, et sic reddere:

quatenus	} quidem, vel,	quatenus
qua parte		qua parte
quoniam		quoniam
eo quod		

(16) *Ut perspicue et breviter cognoscas; imo nec otiose naturam rerum in lucem deprompsimus:* ἵνα σαφῶς ἐπιγνῶς ὡς, εἰ καὶ συντόμως, πλὴν οὐ παρέργως τὴν τῶν πραγμάτων φύσιν εἰς φῶς προβαλλομένη προήνεγκε. Id est: Ut perspicue cognosceres nos, etsi breviter, ac certe non perfunctorie in hæcæ quæstione perscrutanda naturam rerum in lucem deprompsisse.

(17) *Cito videbit nos e numero et ordine discipulorum factos, habere eos magistros:* ὁἴστων ἂν ἡμᾶς ἔψαιτο τὴν τῶν μαθητῶν καταλαμβάνοντας τάξιν ἀντὶ τοῦ ζητεῖν διδασκάλους νομίζεσθαι. Id est: Cito videbit nos e numero et ordine discipulorum potius fieri, quam quærere ut in magistrorum loco graduque habeamur.

DISSERTATIUNCULA STEWARTH

De descriptione Photiana et quanti ponderis sint argumenta, quæ affert pro sua sententia stabilienda.

A diversis actibus voluntatis dividunt quidam Græci voluntatem, in voluntatem naturalem, seu essentialem; et in voluntatem gnomicam, divisione Latinis, ut opinor, inusitata, et inaudita. Naturalem vocant, quæ homini convenit præcise ratione naturæ specificæ: et quæ in omnibus hominibus eadem est, sicut et ipsa species humana eadem est præcise spectata, et ab omnibus conditionibus individuans abstracta. « Naturalis voluntas hominis est, » inquit ex SS. Basilio, et Cyrillo, Anastasius Sinaita, contra Severianos, « amare vitam, et quæ necessario ad vitam pertinent. Omnis enim homo, hoc ipso, quod talis est, naturaliter amat vitam. » Gnomica voluntas vocatur hypostatica, personalis, electiva. « Gnomicas voluntates, » inquit idem Anastasius, loco citato, « varias habet nostra natura. Alius enim vult privatus esse, alius ædificare, alius agriculturam exercere, alius aliud agere, prout sunt variæ, peculiare, et quasi individuales gnomæ, sive sententiæ, seu decreta.

Sanctus Maximus in suis definitionibus ita definit: Voluntas gnomica « est voluntarius rationis impetus, et motus in utramque partem rationis. » Qua definitione describit naturam ejus actus, qui dicitur electio, vel potius illius, qui ex parte rationis in discussione, et examine rerum ipsam electionem antecedit. Idem tamen in epistola ad Marinum, negat *gnomen*, seu *sententiam* esse ipsam electionem, sed dicit electionem potius esse effectum gnomæ, sententiæ. Et hoc maxime convenit cum illis, quæ traduntur 1-2, q. 15, art. 1, ubi docetur, nos tunc eligere, cum animadversis variis mediis, ad finem iudicio rationis concludimus unum præ aliis esse amplectendum, atque adeo voluntate illud complectimur.

Quæritur autem, uter potius actus formaliter sit electio? Prior ne ille rationis, quem sanctus Maximus ad Marinum videtur vocare *gnomen*; an ille posterior voluntatis, quo unum medium præ aliis amplectimur. Et communiter respondetur, in hoc posteriore actu formaliter et essentialiter consistere electionem: quamvis etiam illum alterum actum rationis præsupponat, et connotet. Ita ferme *gnomen* explicat quoque Photius, ut vidimus.

De eadem voluntate gnomica ita sanctus Damascenus lib. III *De fide orthodoxa*, cap. 14: « Sciendum est, non idem esse, velle, εἰπῶς θελεῖν, hoc est, cum modo, seu modaliter velle. Nam velle naturæ est, sicut et videre. Omnibus enim hominibus inest. At vero, hoc vel illo modo velle, non est naturæ, sed nostræ gnomæ, seu sententiæ: sicut etiam, hoc, vel illo modo videre, puta bene, aut male. Non enim omnes homines eodem modo volunt. Neque eodem modo vident, quod etiam in actionibus apparet. Nam hoc, vel illo modo velle, videre, operari, est affectio, et modificatio usus actualis volendi, videndi, et operandi, in solo utente existens, eumque ab aliis separans. Simpliciter igitur aliquid velle, nimirum abstrahendo ab omni modo, est voluntas, vel potentia volendi: quæ nil est aliud, quam rationalis appetitio, et voluntas naturalis. At vero, hoc vel illo modo velle, est voluntas gnomica; et obiectum hujus voluntatis est volitum gnomicum. » Et ut res exemplo declaratur: Voluntas comedendi simpliciter, est voluntas naturalis in singulis ratione speciali existens. At voluntas comedendi aliquid hac vel illa qualitate affectum, ut dulce, acerbum, multum, parum, dicitur voluntas gnomica, seu πικρῶς, seu πῶς, id est, voluntas affecta aliqua qualitate, aut conditione; et non est naturæ, ut dicunt Græci, sed personæ. Et quia personæ variæ sunt, ideo et hæc voluntas est varia.

Sic explicata voluntate gnomica, quæstio est, utrum voluntas gnomica fuerit in Christo? Et Photius quidem supra diserte negat. Idem videntur negare Damascenus, et Maximus supra. Argumenta multa affert Photius, ut vidimus. Præcipua tantum hic repetam, et clarius proponam.

Primum. Voluntas gnomica, est voluntas personæ humanæ et creatæ. In Christo non fuit persona humana et creatæ. Ergo. Major patet: quia velle tantum vel tantum, dulce vel amarum, non potest esse naturæ, quia illa est eadem in omnibus: et consequenter idem vult. Ergo voluntas gnomica est personæ: quæ, cum multiplicetur, non est mirum, quod etiam actus volendi multiplicetur, ita ut alius hoc velit, alius illud.

Secundum argumentum. Electio non est in Christo, ergo nec voluntas gnomica. Antecedens patet: quia electio est eorum, quæ in utramque partem movent, hoc est, ad bona et ad mala, ut inquit Photius ex sancto Maximo. Probatur consequentia. Quia voluntas gnomica et electiva est una et eadem.

Tertium argumentum. Si in Christo esset voluntas gnomica, tunc differret a voluntatibus gnomicis, quæ in unoquoque homine spectantur. Differret etiam a voluntate Spiritus sancti, et Patris. Sed quænam est ista voluntas, quæ nec est humana gnomica, nec omnino dicitur voluntas? Nec dici potest, istam voluntatem gnomicam in Christo, esse compositam partim ex divina, partim ex humana voluntate: quia, ut ait Photius, ne cogitari quidem potest compositio voluntatis, sicut possumus intelligere hypostasim compositam ex natura humana et divina.

Quartum argumentum. Si detur in Christo voluntas gnomica, faciet compositionem cum voluntate naturali Christi. Hoc dici non potest: quia si voluntas Christi esset composita, etiam natura ejus composita esset. Sed hoc dici non potest. Unus enim est natura humana in Christo simplex: et inter humanam Christi, et divinam naturam, non datur ulla compositio in natura.

Quintum argumentum. Si voluntas gnomica nascitur ex consilio et iudicio, seu ex determinatione

rationis ad unum, vel plura media ex aliis eligenda, sequitur eam in Christo non habere locum; sed nascitur inde: Ergo. Probatur sequela: quia ignorantia non habet locum in Christo, nec dubitatio. Haberet autem, si esset in illo voluntas gnomica, in qua, per consilium et determinationem rationis, est transitus ab ignorantia ad cognitionem, et ab incerto ad certum, et mutatio non amantis ad amorem.

Sextum argumentum. Homines utentes voluntate gnomica, repugnant Deo: ergo non est in Christo.

Septimum argumentum. Voluntas gnomica est propensa ad utramque actionem, honestam scilicet, ac pravam; ergo.

Propter hæc argumenta, Photius et alii ne gnomicam quidem divinam voluntatem statuunt in Christo. Nam, si talis est in Christo, illa aut eadem est cum voluntate divina naturali, aut diversa. Si eadem, habemus ergo intentum, non esse scilicet aliam divinam voluntatem, præter illam naturalem, tribusque personis communem. Si vero divina voluntas gnomica in Christo est alia a naturali divina voluntate; tunc erit diversa, quæ est in Patre, et Spiritu sancto. Sed hoc est absurdum, quia omnium personarum divinarum est eadem voluntas. Gnomica autem non est eadem, sed diversa in diversis hypostasibus. Quare isti auctores nec in Trinitate gnomicam voluntatem ponunt, maxime propter argumentum 5, 6 et 7. In Trinitate enim licet sint tres personæ, est tamen simpliciter unum et idem velle ac nolle.

Observationes Stewartii. — Hæc tamen et alia, quæ Photius disputat, non videntur concludere. Cujus argumenta ut solvantur, fatendum est, in Christo non fuisse voluntatem, vel actum voluntatis, quæ fuerit actus, vel potentia personæ creatæ. Clarum enim est in Christo personam creatam non fuisse. Interim tamen negari non potest in Christo fuisse voluntatem individualiter distinctam a voluntate individuali cujuscunque alterius hominis, abstrahendo ab hypostatica personalitate. Sicut etiam abstrahendo ab eadem, in Christo est individualis natura humana, distincta ab omni alia, et sub illa in communi comprehensa, tanquam quoddam illius individuum: cujus individualis naturæ est, individuales et singulares actiones producere, tam intellectus, quam voluntatis, quæ in individuo distinguuntur ab actionibus aliarum naturarum individualium. Quamvis natura individualis producat istas actiones in aliis quidem hominibus, ut naturæ individuales subsistunt in personalitate creata. In Christo vero ut natura ejus humana subsistit in divino supposito; quod tamen suppositum per se non influit in actionem illam individualis voluntatis: quamvis nec mere per accidens, et concomitanter sese habet suppositum ad actionem illam voluntatis individualis, sed est conditio prærequisita ad agendum ex parte agentis: quatenus nullam agens naturale agere potest naturaliter loquendo, nisi existat in supposito. De quo latius Suarez, disp. 30 in *Metaph.* sect. 7.

Jam vero, sicut Petrus, verbi gratia, per voluntatem suam individualem existentem in supposito creato, tendere potest tam in dulce, quam in amarum, tam in magnum, quam in parvum, et in cætera objecta conditionibus aliquibus affecta; ita potest etiam dulce, et amarum, etc., appetere per suam individualem voluntatem Paulus, etc. Si ergo quisvis homo singularis quatenus habet singularem naturam, hoc potest, abstrahendo a personalitate, tanquam a principio influente in actionem illam voluntatis; quamvis non abstrahendo a personalitate, ut est conditio agendi naturaliter requisita: absurdum videtur dicere id Christum non potuisse, et quoties aliquid voluit, aut appetivit, id tantum voluisse communi ratione boni, et in objectum tetendisse præcisè omnibus qualitatibus, et conditionibus particularibus.

Quod si quis sententiam Græcorum accuratius consideret, plane videntur hanc voluntatem gnomicam distinxisse realiter a potentia illa, quam vocant ipsi naturalem, quæque oritur ex ipsa natura specifica. Videntur etiam existimasse hanc voluntatem gnomicam, et actus ejus effective esse ab ipsa persona. Quod si ita esset, tunc clarum esset in Christo non posse poni voluntatem gnomicam creatam, cum in ipso non fuerit persona creata, ex qua hujusmodi voluntas humana gnomica fluere.

Sed hæc fundamenta sunt falsa. Quia omnis actus voluntatis, qualiscunque sit, effective est ab illa potentia volendi quæ fluit ex intrinsicis principiis humanæ naturæ. Et suppositum hic nil aliud facit, quam quod est conditio, sine qua naturaliter loquendo, voluntas nullum actum possit elicere, sicut naturaliter non potest existere extra suppositum. Si tamen extra esset per divinam potentiam, posse etiam extra operari, nec requireret hanc conditionem suppositi, ut docet etiam Suarez loco citato.

Ad primum argumentum Photii, negatur major. Quia voluntas gnomica est naturæ, non personæ, nisi quatenus persona est conditio, sine qua voluntas naturaliter actum non eliceret. Ad probationem dico: Licet in singulis hominibus sit eadem voluntas secundum speciem, multiplicatur tamen individualiter in singulis. Et, licet voluntas in communi abstrahat à tanto, vel tanto, etc., et ab aliis conditionibus particularibus objectorum; non repugnat tamen illi velle tantum, vel tantum, etc.; imo hoc ei est naturale, eo ipso, quod omnia ista continentur intra latitudinem sui objecti, quod est bonum: sicut etiam potentia intelligendi non tantum potest tendere in verum in communi, sed etiam in hoc vel illud verum particulare, hoc vel illo veri modo affectum. Quare etiam voluntati humanæ, ut voluntas est, convenit, ut possit velle bonum, et omnes differentias boni: item, ut possit fugere malum, et omnes differentias mali. Nam quod

postea actualiter iste vel iste non versatur, circa appetitionem hujus vel illius in individuo, cum tali vel tali modo, per accidens est : posset, si vellet, quantum est præcise ex ipsa voluntate, quæ ita est comparata, ut homo per illam possit tendere in quodcumque particulare bonum, sub quoocunque modo, qui sit intra latitudinem objecti voluntatis in communi.

Ex quibus apparet etiam in Christo hanc voluntatem posse poni, non tantum in actu, quasi primo, sed etiam in secundo. Neque enim ullam imperfectionem includit velle tantum vel tantum, dulce vel amarum, etc. Et cum voluntas hæc gnomica non sit a persona, tanquam a principio emanationis, aut effectivo, nil refert, num existat in hypostasi humana et creata, ut fit in aliis hominibus : an vero in hypostasi increata, et divina, ut contingit in Christo ; cum hypostasis sit voluntati tantum conditio sine qua non agendi.

Ad secundum argumentum Photii negatur antecedens. Nam electionem esse in Christo patet ex illo Isaie (vii, 15) : *Butyrum et mel comedet, ut sciat reprobare malum, et eligere bonum*. Nec est de ratione electionis, ut possit etiam malum eligere. Satis est, ut habeat indifferentiam respectu honorum. Et in Christo est liberum arbitrium, ut postea videbimus : ergo etiam electio.

Ad tertium argumentum respondetur, voluntatem humanam gnomicam Christi individualem differre a voluntatibus gnomicis singulorum hominum, et differre etiam realiter a voluntate Patris et Spiritus sancti, sive spectetur ut est potentia, sive ut est actus.

Quartum argumentum nil valet. Nam voluntas gnomica est actus, non potentia. Et si est potentia, est eadem potentia secundum entitatem cum voluntate naturali, et specifica ; et sic nulla est compositio voluntatum : sed sunt tantum diversæ rationes, fundatæ in eadem entitate voluntatis. Et consequenter, nec erit compositio naturarum. Et, si argumentum valeret, probaret etiam in singulis hominibus esse compositam voluntatem, et consequenter compositam naturam ex duabus naturis perfectis, et integris : naturam enim ex imperfectis naturis componi nil est absurdi.

Ad quintum negatur, de ratione consilii esse ignorantiam, vel dubitationem. Licet enim in nobis id ita accidat, eo quod non habeamus cognitionem omnium rerum, sicut Christus habebat ; consilium tamen per se, non includit ignorantiam et dubitationem. Quod certum est, si consilium accipiatur pro ipso iudicio, seu sententia, qua per rationem concluditur, quid sit agendum. Quo pacto consilium etiam in Deo poni potest. Si vero consilium accipiatur pro inquisitione de eo, quod est agendum : sic quidem in nobis procedit consilium ex ignorantia et dubitatione ; in Christo tamen connotabat progressum ab uno ad alterum, absque ignorantia vel dubio. Nec hoc magis est absurdum, quam quod Christus discurrendo per intellectum, procedebat a præmissis notis, ad conclusionem notam ; licet discursus dicatur esse a noto ad ignotum : sed hoc per accidens, ut patet etiam in viro docto, cum syllogismos facit de conclusione sibi non ignota. Ergo, sicut Christus fuit *discursivus* sine dubitatione ; ita fuit etiam *consiliativus* sine ignorantia, etc. Nisi quis secundum sententiam, quæ negat Christum habere scientiam acquisitam a primo instanti incarnationis, dicere velit, ratione scientiæ practicæ acquisitæ, cum habuisse consilium secundo modo sumptum de eo, quod nesciebat, non simpliciter, sed per scientiam acquisitam. Etsi dubitatio etiam hic removeri debet. Neque enim in Christo ullus fuit actus intellectualis dubitativus.

Esse autem in Christo consilium, videtur etiam planum fieri ex eo, quod ab Isaia (ix, 6) appellatur *magni consilii angelus*. Ubi nomen *consilii* non tantum improprie, pro gnome, seu sententia, sed etiam pro ipsa inquisitione agendorum accipi potest.

Ad sextum argumentum Photii respondetur, nil aliud probari, quam voluntatem gnomicam non fuisse in Christo cum peccabilitate : quæ non est perfectio, sed imperfectio.

Ad septimum respondetur eodem modo. Non enim est de ratione voluntatis gnomicæ, ut possit tendere in bonum et in malum : sicut neque est de ratione liberi arbitrii, ut patet in Deo, etc.

Ad id, quod Photius addit de voluntate divina gnomica, respondetur : voluntatem divinam Christi gnomicam entitate esse unam eandemque cum voluntate Patris, et Spiritus sancti. Sicut etiam una et eadem est, quoad actum. Si enim voluntas gnomica hominum non distinguitur a voluntate naturali secundum entitatem, multo minus distinguetur in divinis. Et quamvis in hominibus, quoad actum, differat voluntas gnomica, non modo, quatenus individualis actus unus non est individualis actus alterius : sed etiam, quatenus unus vult, alter non vult, ut quatenus iste vult dulce, alter amarum, et sic sibi mutuo ob varias sententias repugnant : tamen in divinis hoc non fit ; sed actus voluntatis unius personæ, est simpliciter etiam actus alterius secundum entitatem. Nec una persona vult hoc, alia illud, propter ejusdem numero naturæ, et consequenter voluntatis communicationem : sed numerica hæc distinctio actuum, et repugnantia circa objecta, non est simpliciter de ratione voluntatis gnomicæ, ad cujus rationem hoc tantum pertinet, ut sit alicujus individui, et proficiscatur ex gnome, seu sententia decretoque rationis circa agibile, et ut versetur circa objectum voluntatis conditione, vel qualitate aliqua affectum, ut est tantum vel tantum, dulce vel amarum. Et quod in divinis non sit repugnantia voluntatis, nec quoad actum, nec quoad volitum formale, vel materiale, id fit propter identitatem ejusdem naturæ. Et si in humanis, verbi gratia, tres personæ communicarent, et suppositarent eandem naturam, non esset etiam ulla diversitas in voluntate ; et tamen optime possemus ibi constituere voluntatem gnomicam, eo modo, quo voluntas ista hactenus explicata est.

Hæc de argumentis Photii, qui opinionis suæ tenax, gnomiam voluntatem a Christo mordicus removebat. Quocirca plures reperit, qui se opponerent; ut apparet ex Epilogo opusculi, et ex Græcis quoque scholiis, quæ adjecta erant ad marginem Græci exemplaris, quo Turrianus ad versionem suam usus est. Nam a codice Bavarico aberant.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΠΑ'.

Τι ἐστὶ τὸ παρὰ τῷ Λουκᾷ· « Γενομένης δὲ τῆς φωτῆς ταύτης συνήλθε τὸ πλῆθος καὶ συνέχυθη, » κ. τ. λ.;

Edita est a R. Montacutio inter Photii epistolas ed. Londin. 1651 f. ep. 143, Sergio fratri, p. 202, 203.

 ἐκάστου ἔθνους· ἔστρεψε δὲ, ἵνα τὴν ἄψυχον κτίσιν
 χαλινώσωσιν, ἥλιον, καὶ σελήνην, καὶ θάλασσαν, καὶ
 γῆν, καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς ὑπηρετεῖν τῇ τοῦ ἀνθρώπου
 ἀπολαύσει. Πάλιν οἱ ἄγγελοι ἐτρέχοντο ὑπηρετούμε-
 νοι ἀναξίοις καὶ δίκης ἐνόχοις ἀνθρώποις· καὶ μά-
 λιστα ὀρώντες αὐτοὺς τὴν δεσποτικὴν ἀξίαν τοῖς
 εἰδώλοις ἀνάπτοντας καὶ ἀνιερουντας· ἔφερον ἡ γῆ
 τὸν οἶκον, καὶ οἱ βωμοὶ τὰς σπονδὰς ἐδέχοντο· τοὺς
 ἄλλους καρποὺς καὶ τοῖς εἰδώλοις ἀνετίθεντο· διὰ C
 τοῦτο ἐδυσφόρουν οἱ ἄγγελοι τὰ μὴ ὄντα ὀρώντες
 ἀντὶ τοῦ ὄντος τιμώμενα· ἐνετύθεν λέγεται καὶ τὸ
 ἕτερον ζήτημα τὸ εἰς τὸν προφήτην ἀναφερόμενον.
 « Ἦλθεν πρὸς αὐτὸν, φησὶν, ὁ ἄγγελος Γαβριήλ,
 καὶ λέγει αὐτῷ· Δαυὶδ, ὁ δούλος τοῦ Θεοῦ, ἀφ' ἧς
 ἡμέρας προέθου κακῶσαι τὴν ψυχὴν σου ἔναντι Κυ-
 ρίου, εἰσηκούσθη ἡ δέησίς σου, καὶ ἀπεστάλην ἀπαγ-
 γεῖλαι σοὶ τὰ ῥήματα ταῦτα· ἀλλ' ὁ ἄρχων τῆς βα-
 σιλείας Περσῶν ἀντέστη μοι, εἰ μὴ Μιχαήλ, ὁ ἄρχων
 τοῦ ἔθνους ὑμῶν, ἦλθεν εἰς βοήθειάν. » Ἀπορήσειεν
 γὰρ ἂν τις, εἰ ὁ τῆς Περσίδος ἐπιτροπέων ἄγγελος
 παρὰ Θεοῦ ἐπιτροπέειν τέτακται, ὡσαύτως δὲ καὶ ὁ
 Γαβριήλ, ἀνακομίσει (82) τὸν Ἰσραὴλ τῆς αἰχμαλω-
 σίας παρὰ Θεοῦ ἀπέσταλται, πῶς αὐτῷ τῶν Περσῶν D
 ὁ ἄρχων ἀντίστατο; Λυθείη δ' ἂν τὸ διαπορούμενον
 ὧδε· Ὁ κόσμος εἰδωλολατρίας ἐπεπλήρωτο. Οἱ δὲ
 ἄγγελοι, οἱ ἐφεστῶτες τῶν ἔθνων, ἠγανάκτησαν καὶ
 ἐθλίβοντο· αἰχμάλωτος δὲ Δαυὶδ εἰς Βαβυλῶνα μετὰ
 τῶν ὁμοφύλων ἀπαχθεὶς τὴν θεογνωσίαν ἐκήρυττεν·
 ὡσαύτως καὶ οἱ τρεῖς παῖδες, οὓς τὸ πῦρ εἰς ἰλαρὰς
 αὔρας τὴν καυστικὴν δύναμιν ἀμείψαν ἀνέψυχεν·
 διὸ καὶ πολλοὺς τῆς εἰδωλικῆς μεταστῆσαντες πλά-

abnegare legis violatorem, sed potius locupletissi-
 mam communis Domini gratiam, beneficentiamque
 immutabilem demonstrare illam jubebat; eilem
 creaturæ pollicitus, fore ut, ubi homo perditus et
 captivus renovatus, et in integrum restitutus fue-
 rit, ipsa quoque renovetur; quasi diceret: cecidit
 imago, et peccato suo defecit, perque inobedien-
 tiam suam perditur. Sustine itaque servire perditum
 illius corruptioni, ut, quando imaginem meam,
 hominem illum perditum, renovavero, et te, crea-
 turam, una cum ipso renovem, gloriæque ejus
 consortem efficiam. Tu quidem, quæ per calami-
 tatem ejus simul depressa es, gloriæ quoque ejus
 particeps resurges. Quid vero illud sibi vult, quod
 creatura hominis dominium refugiat? Ait scilicet:
 « Creatura vanitati non est subjecta. » Cui vanitati?
 Quamprimum homo a Deo se avertit, vanitas
 vocatur. Audi Davidem canentem: « Sed omnia
 vanitas, omnis homo vivens. » Omnis homo vanus
 est, qui Deum deserit, et vana consecrans.
 Deus angelos per varias orbis partes disposuit, ut
 singuli eorum, quod et Moses ait, singulis gentibus
 præsent. Constituit vero ideo, ut creaturam inani-
 matam coerceant, solem, et lunam, et mare, et
 terram, ut quæ in illis sunt, hominum usibus inser-
 viant. Ab altera parte dolebant angeli, hominibus
 indignis pœnæque obnoxiiis servientes, in primis
 cum viderent, eos Domini dignitatem cultumque
 in idola transferre et convertere. Terra ferebat
 vinum, altaria vero deastrorum libamina excipie-
 bant; sicut et alios fructus idolis sacros esse jube-
 bant. Ægre itaque ferebant angeli, ea quæ non sunt,
 pro eo, qui est, coli videntes. Hinc intelligitur et
 alterum illud quæsitum, quod ad prophetam spe-
 ctat: « Venit ad illum, inquit, angelus Gabriel,
 dicitque illi: Daniel, serve Dei, ex quo die animam
 tuam coram Domino affligere statuiati, exaudita
 est precatio tua, egoque missus sum, ut tibi verba
 hæc renuntiem. Sed regno Persarum præfectus
 restitisset mihi, nisi Michael, qui genti vestræ
 præest, auxilio venisset. » Illic dubitaverit aliquis,
 qui fieri potuerit, si angelus, Persiæ præfectus, a
 Deo, ut illi præesset, constitutus, similiterque Ga-
 briel ad Israelæm ex captivitate reducendum mis-
 sus fuerit, ut illi Persarum præfectus resisteret?
 Enimvero omnis hæc dubitatio facile sic expedietur.
 Totus orbis idololatria scatebat: angeli vero,
 gentibus præfecti, indignabantur et ægre rem fere-
 bant. Interea Daniel, cum civibus suis Babylonem
 captivus ductus divini Numinis cognitionem instil-
 labat. Idem faciebant tres pueri, quos ignis, urendi
 facultatem cum jucunda aura permutans, recrea-
 bat. Hoc facto iidem effecerunt, ut multi, ab ido-

⁷ Psal. xxviii, 5. ⁸ Dan. x, 12 seqq. ⁹ Dan. iii, 25 seqq.

NOTÆ.

(80) Ita scribo pro κλίματα.

(81) Mosen id quidem dicere non memini.

(82) Sic scribo pro ἀνακομίσειω.

latriæ errore revocati, Deum verum colerent. A Persis itaque præfectus angelus gaudebat, cum videret Deum in partibus suis loco idolorum coli. Videbat ille Nabuchodonosorem pro eo, quod olim diis sacra facere cogebat, et inmorigeros extremis suppliciis subjiciebat, nunc tandem verum Deum maxime celebrare et dicere : « Sedrach, Misach, Abdenago, servi Dei excelsi ¹⁰ ; » et similia plura. Quoniam itaque divus Daniel Deum precabatur, ut hebdomadibus illis septuaginta, quæ captivitati statutæ erant, jam consummatis, Israelitas ex carcere educeret; et Gabriel præterea ad afferendum illi nuntium, missus erat, Persico imperio præfectus Gabrieli restitit, contristatus ex eo, quod terra, cui præerat, in pristinam impietatem et errores veteres, reductis inde veri cultus doctoribus, ruitura videretur. Restitit vero, non pugnans, sed ita causæ justitiam edisserens : Cur redditus tanto studio urgetur? Quoad populus Israeliticus terram patriam habitabat, et prospere agebat, sæpe in idololatriam divertit: Jam vero peregrinam incolens, pure Deum colit, nec colit solum, sed et pro cultu hoc fortiter pugnat, multosque errantium ad verum Deum adducit. Quandoquidem ergo et illis, qui gratiam receperunt, nihil, quod animæ salutaris sit, evenit, et illos, qui per eos verum Deum colere inceperunt, impietas, extremum malorum omnium, sibi iterum obnoxios reddat; nonne præstaret, si Israel nunc quidem ex captivitate non educeretur, illi vero, qui salutaris Dei cognitionis lucem jam spectant, in eadem pietate conservarentur? Tu quidem missum te ais, ut populum patriæ suæ restituas. Quæ vero est illa patria? Ea utique quam habitantes et dæmonibus sacra facientes, nidoribus et idololatria polluerunt. Nonne horum accusat eos Jeremias dicens : « Secundum numerum urbium tuarum erant tibi dii, o Juda, et secundum bivia Jerusalem sacrificabas Baali ¹¹ ? » Tunc quidem a Deo innumeris beneficiis inundabantur, sed vel sic a malitia et impietate sua non desistebant. Jam vero innumera mala perpetiuntur, neque tamen a Deo recedunt. Quis igitur redditus fructus erit? Itaque resistentia hic erat non mali adversus bonum. Non enim dicit, pugnabat, sed resistebat. Sæpe enim datur resistentia justis adversus bonum, sicut sæpe humanitas obstat legi, et lex humanitati. Lex enim delinquentem punit; at clementia regis eundem sæpe miseratur, et a pœna liberat. Pugna itaque hic est non inimici adversus inimicum, sed cognati

νης θεοσεβείν παρεσκεύασαν. Ὁ οὖν τῆς ἀρχῆς τῶν Περσῶν ἐφεστῆκώς ἄγγελος ἔχαιρεν, ὁρῶν ἐν τοῖς αὐτοῦ μέρεσι τὸν Θεὸν ἀντὶ τῶν εἰδώλων λατρευόμενον. Τὸν Ναβουχοδονόσορ ἐώρα ἀντὶ τοῦ καταναγκάζειν θύειν εἰδώλοις, καὶ ἐσχάταις τοὺς μὴ πειθόμενους ὑποβάλλειν τιμωρίαις, λαμπρῶς θεολογούντα καὶ λέγοντα, « Σεδράχ, Μισάχ, Ἀβδενναγῶ, οἱ δούλοι τοῦ Θεοῦ τοῦ ὑψίστου. » καὶ πολλὰ τοιαῦτα. Ἐπεὶ οὖν ὁ μακάριος Δανιὴλ ἐδέετο τοῦ Θεοῦ, πληρωθέντων τῶν ἐβδομήκοντα ἐτῶν, τῶν ἐπὶ τῇ αἰχμαλωσίᾳ διορισθέντων, ἀναγαγεῖν τῆς αἰχμαλωσίας τὸν Ἰσραὴλ, ἀπεστάλη δὲ Γαβριὴλ μνηῦσαι αὐτῷ τὴν ἀνάβρῃσιν, ἀνθίσταται τῷ Γαβριὴλ ὁ τῆς Περσικῆς ἀρχῆς ἐπιστάτης λυπούμενος, ὅτι πάλιν ἡ γῆ (83), ἧς ἐπιστάται, τῶν διδασκάλων τῆς εὐσεβείας ἐκαίθειν ἀνακομισθέντων, εἰς τὴν προτέραν ἀναστρέψει ἀσέβειαν καὶ πλάνην· ἀνθίστατο δὲ οὐ μαχόμενος, ἀλλὰ δικαιολογούμενος· Τίς ἡ σπουδὴ, λέγειν, τῆς ἀνίδου; τὴν οἰκείαν οἰκῶν πατρίδα ὁ Ἰσραὴλ καὶ εὐπαθῶν εἰς εἰδωλολατρίαν πολλάκις ἐξώλισθεν· νῦν δὲ οὐ καθαρῶς εὐσεβεῖ μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπεραθλεῖ τῆς εὐσεβείας, καὶ πολλῶν τῶν πεπλανημένων πρὸς τὸν ἀληθινὸν ἐπιστρέφουσι τὸν Θεόν. Ὅτε οὖν καὶ τοῖς τὴν χάριν δεχομένοις οὐδὲν κατὰ ψυχὴν λυσitteλέστερον ἐπακολουθεῖ, καὶ τοὺς εὐσεβεῖν δι' αὐτοὺς ἀρξάμενους (84) τὸ ἔσχατον κακὸν, ἡ δυσσέβεια, πάλιν ὑποχειρίους ποιεῖ, πόσον ἦν ἀμεινον καὶ τὸν Ἰσραὴλ τέως τῆς αἰχμαλωσίας μὴ ἀναγαγεῖν, καὶ τοὺς ἀρετὴ πρὸς τὸ φῶς ἀναδέψαντας τῆς θεογνωσίας ἐν τῇ αὐτῇ συντηρεῖν εὐσεβεῖα! Ἀπεστάλην, φησὶ, τὸν λαὸν ἀποκαταστήσαι τῇ πατρίδι. Ποῖα πατρίδι (85); Ἦν οἰκοῦντες ἐμίαναν κνίσαις, δαίμοσι θύοντες, καὶ εἰδωλομανίαις· οὐ ταῦτα κατηγορεῖ λέγων Ἰερεμίας· « Κατ' ἀριθμὸν τῶν πόλεων σου ἦσαν οἱ θεοὶ σου, Ἰούδα· καὶ κατὰ τὰ ἀμφοδία Ἰερουσαλήμ ἔθους τῇ Βαβύλ (86)· » μυριοὶς τότε παρὰ Θεοῦ περιεκλύζοντο ἀγαθοῖς, καὶ τῆς κακίας καὶ ἀσεβείας οὐκ ἀνεχώρουν· μυρία νῦν ὑπομένουσι κακὰ, καὶ τοῦ Θεοῦ οὐκ ἀφίστανται. Τί ποτ' οὖν ἔσται τὸ τῆς ἐπανόδου κέρδος; Ἦν τοίνυν ἡ ἀντίστασις οὐ κακοῦ πρὸς ἀγαθόν· οὐ γὰρ εἶπεν, ἐμάχετο, ἀλλ', ἀνθίστατο· καὶ γὰρ ἔστι πολλάκις ἀντίστασις δικαίου πρὸς ἀγαθόν, ὡς ἀνθίσταται πολλάκις νόμῳ φιλανθρωπία, καὶ φιλανθρωπία νόμῳ. Ὁ νόμος τὸν ἀμαρτήσαντα κολᾷ. Φιλανθρωπία πολλάκις βασιλεύς τὸν ἀμαρτήσαντα ἐλεεῖ, καὶ ἐξαρκάζει τῆς τιμωρίας. Ὡδ' οὖν ἡ μάχη οὐκ ἐναντίου πρὸς ἐναντίον, ἀλλὰ σύγγενους πρὸς συγγενές. Οὕτε γὰρ τὸ δίκαιον ἐξω ἀγαθότητος, οὔτε τὸ ἀγαθὸν ἐξω δικαιοσύνης εὐρίσκεται.

¹⁰ Dan. iii, 28. ¹¹ Jerem. ii, 28.

NOTÆ.

(83) Codex ἡγή, male, et mox, ἐπιστάτη.

(84) Colb. pro ἀρχομένους.

(85) Ποῖα πατρίδι, debeo Colbertino.

(86) Ubi tamen hodie legitur : καὶ μετ' ἀριθμῶν εἰδώλων

Ὅτι τῆς κτίσεως, φησὶν, ὡς προεῖρηται, διακει- A
 μένης καὶ ἀνανακτούσης, ἐφ' ᾧ καὶ ἄκουσα τῷ πα-
 ραδάτῃ παρεῖχε τὴν χρεῖαν, καὶ ἐξυτηρέται, καὶ ἀγ-
 γέλων ἀχθομένων ἐπὶ τῇ τοῦ εὐεργετουμένου ἀγνω-
 μοσύνη, καὶ ὅλου κακωθέντος τοῦ κόσμου διὰ τὰς
 παρανομίας. « Καὶ γὰρ εἶδεν, φησὶν, ὁ Θεὸς τὴν γῆν,
 καὶ ἦν κατεφθαρμένη, ὅτι κατέφθειρεν πᾶσα σὰρξ
 τὴν ὁδὸν αὐτῆς. » Οὐκ ἦν ἡ κτίσις, οἷαν ὑπέστησεν
 αὐτοῖς ὁ Θεὸς ἀπ' ἀρχῆς· οὐκ ἦν τοῖς ἀστροῖς ὁ οὐ-
 ρανὸς, ὡς τὸ πρὶν, ἀνευ τινὸς μιάσματος καταλαμ-
 πόμενος· οὐκ ἦν ἡ γῆ τοῖς καρποῦς ἀμολύντους,
 ὡς τὸ πρὶν, ἀναδιδύουσα· οὐ θάλασσα, οὐκ ἄλλο τι
 τῶν ἐν τῇ κτίσει. Ὁ γὰρ παραδάτης εἰσελθὼν ἐν
 αὐτῇ, κατεμίανεν, καὶ ἀνεθόλωσεν ἅπαντα ταῖς βλασ-
 φημίαις, ταῖς θεομέχοις καὶ αἰσχροῖς φωναῖς, ταῖς
 μαιφονοῖαις τὴν γῆν (87) τοῖς πειραταῖς καὶ λησταῖς τὴν
 θάλασσαν· τὰς πηγὰς καὶ ποταμοὺς ταῖς εἰδωλολα-
 τρῖαις, νύμφαις, καὶ δαίμοσιν ἀνάπτουτες αὐτά·
 πᾶσα τοῖς ἀνθρώποις ἡ κτίσις εἰς θεοῦς ἀνεπλάτ-
 τεται· οὐδὲν δὲ κτίσιν οὕτω μαιίνει καὶ κιβδηλεύει,
 ὡς τὸ θεοποιεῖσθαι αὐτήν. Εἰσῆλθεν ὁ Σωτὴρ τοῦ
 κόσμου διὰ σαρκὸς ἐν αὐτῇ, καὶ ταύτην τῶν μυρίων
 τούτων ἀπαλλάξας μiasμάτων ἀνεκαίνισεν, πολὺ χα-
 λεπωτέρων ἢ σωματικῆς διαφθορᾶς ἐλευθερώσας
 αὐτὴν κακώσεων καὶ παθῶν, ἀνακαίνιζει διὰ τῆς
 πρώτης παρουσίας τὴν κτίσιν· ἵνα μάθῃς, ὅτι αὐτὸς
 ἐστὶν ὁ καὶ ἀπ' ἀρχῆς αὐτὴν δημιουργήσας· οὐ γὰρ
 ἄλλου μὲν κτίζειν, ἄλλου δὲ διαφθαρεῖσθαι ἀνακαίνι-
 ζειν· ἀλλὰ τῆς αὐτῆς ἐκάτερον σοφίας καὶ τέχνης,
 ἀνακαίνιζειν τὴν κτίσιν κατὰ τὴν πρώτην ἐπιδημίαν, C
 ἵνα μηδεμίᾳ σοιᾷ χώρα καταλειφθῇ ἀπιστίας, ὡς κατὰ
 τὴν δευτέραν παρουσίαν οὐ καινισθῆσεται, καὶ οὐ
 πρὸ αὐτῆς εἰς ἀφθαρσίαν, εἰς ἀπάθειαν, εἰς ἀφατον
 καλλοῦν. Εἰ γὰρ ὅτε ἦν ἐκὼν ἐν ἀσθενείᾳ σαρκὸς,
 ἐν ἰδρωσίν, ἐν πάθεισιν (88) ὁ Χριστὸς, ὃ τε πλάνος
 καὶ Σαμαρεῖτης ἐσυκοφαντεῖτο, τὴν κτίσιν ἐκάθαρεν
 τῶν τοσοῦτων καὶ τηλικούτων καὶ πολυχρονιωτάτων
 παθῶν καὶ μiasμάτων· ὅτι ἂν ὡς κριτὴς ζώντων παρα-
 γένηται καὶ νεκρῶν, ὅταν μυριάσιν ἀγγέλων δορυ-
 φορούμενος τάγμασιν, ὅταν πάντων δεσπόζων καὶ
 Κύριος, ὅταν πάντα φρίσῃ καὶ τρέμῃ (89), πῶς ἢ
 ἐκ φθορᾶς εἰς ἀφθαρσίαν μεταβολὴ οὐ τὸ βᾶστον
 ἔχουσα καθορᾶται; Καὶ τὸ ἀκόλουθον, καὶ θεοπρε-
 πές, ὅτι παραγίνεται ὁ Σωτὴρ, προκηρυττόντων τῶν
 προφητῶν, ἵνα μήτις νομίσῃ, ὅτι καθ' ὃν τρόπον ἄν-
 θρωπος τῆς προτέρας διαμαρτῶν ἐπιβολῆς καὶ βοη-
 θείας ἐπὶ δευτέραν ἔρχεται, οὕτω καὶ ὁ Θεός. Ἴνα
 οὖν μή τις ὑπονοήσῃ τοῦτο, ἀνωθεν προέλεγον οἱ
 προφῆται τὴν παρουσίαν αὐτοῦ· ἵνα δεῖξωσιν, ὅτι
 Θεὸς οὐ σκεπτόμενος εὐρίσκει τὸ συμφέρον, ἀλλ'
 ἀπ' ἀρχῆς προῖδεν ἅπαντα. Ἡμεῖς μὲν γὰρ οἱ ἄν-
 θρωποι σκεπτόμεθα, καὶ, ἐὰν ἀποτύχωμεν τῆς πρώ-
 τῆς πείρας, ἐφ' ἑτέραν μεταβαίνομεν· ὁ δὲ Θεὸς οὐχ

Creaturam ait, quod ante dictum est, male affr-
 ctam et indignatam esse, ideoque etiam invitam
 delinquenti necessaria suppeditasse, et inseruisse,
 angelis quoque ingratum adversus beneficia ani-
 mum moleste ferentibus, totoque mundo per flagitia
 corruptio. « Deus enim, inquit, vidit terram corru-
 ptam, quod caro omnis viam suam corruerat¹⁸. »
 Non erat creatura qualem illam ab initio condide-
 rat Deus. Coelum non, ut olim, sine labe aliqua
 astris micabat : terra non, ut olim, fructus inteme-
 ratos inferabat : non mare, non aliud quidquam,
 quod inter creaturas numerabatur. Peccator enim
 ingressus eam polluebat, et omnia blasphemis,
 turpibusque et Deo adversis vocibus, cædibus item
 terram, piratis et prædonibus mare, fontes et flu-
 vios idololatriis, ad nymphas et dæmonas omnia
 referendo, turbabat. Tota creatura, ab hominibus
 in deastros convertebatur. Nihil vero est, quod
 creaturam adeo polluat et adulteret, quam si Dei
 loco habeatur. Servator orbis per carnem ingressus
 eam (creaturam) est, eamque, infinita labe sua,
 quæ omni corruptione corporea gravior est, libe-
 ratam renovavit, multisque calamitatibus et malis
 ereptam per primum suum adventum restituit; ut
 inde intelligas, ipsum illum esse, qui eam ab initio
 condidit. Neque enim alterius est condere, alterius
 vero corruptam renovare : sed utrumque ejusdem
 est sapientiæ et artis, ut sic creatura per priorem
 adventum renovetur, nec ullus incredulitati locus
 relinquatur, quasi eadem in secundo adventu non
 sit renovanda, et tu ipse ante illam in incorrupti-
 bilitatem, indolentiam et pulchritudinem non trans-
 ferri debeas. Quod si enim Christus, dum in car-
 nis infirmitate, sudoribus, et varii generis malis
 sponte versabatur, dum seductor et Samarita per
 calumniam vocabatur, creaturam a tot tantisque
 tamque diuturnis malis et impuritatibus liberavit;
 nonne, ubi idem ut judex vivorum et mortuorum,
 ubi innumeris angelorum ordinibus stipatus, ubi
 ut imperator et Dominus omnium advenerit, ubi
 omnia sibi timebunt et trement, translatio ex cor-
 ruptione in incorruptibilitatem, ut res omnium
 facillima, apparebit? Accedit, quod hinc conse-
 quitur, Deoque inprimis dignum est, quod prop-
 hetæ illum Servatoris adventum prænuntiarunt,
 ne quis scilicet existimet, quod, quemadmodum
 homines, alias, primis ausis et conatibus frustrati,
 alia via rem aggrediuntur; ita quoque Deus egerit.
 Ne quis, inquam, ita suspicetur, prophetæ jam
 olim adventum ejus prænuntiarunt, ut sic osten-
 derent, Deum non per meditationem quamdam et
 circumspectionem id, quod prodesse possit, tandem
 detexisse, sed ab initio potius omnia perspexisse.

¹⁸ Gen. vi, 12.

NOTÆ.

(87) τὴν γῆν addidi, sensu ita postulante.
 (88) Sic Colb. pro ἐμπαθέειν.

(89) καὶ τρέμῃ, debeo Colbertino.

Deus autem non ita agit. Dedit ille prius legem, A
 Nos enim homines circumspicimus omnia, et ubi
 primo exciderimus, novum facimus periculum :
 prophetas et postea Evangelium, non cum tempore
 meliora postliminio edoctus, sed ab initio intelli-
 gens, creaturam, et speciatim hominem, non alia
 ratione vel condi, vel duci, aut incorruptibilitatis
 donum recipere posse, nisi illa, quam ineffabilis
 ejus providentia et benevolentia disposuit. Aiunt
 quidem nonnulli : Si Deus Adantum peccatum
 esse prævidit, quare eum condidit? At multæ sunt
 et præclaræ viæ, quibus objectam hoc diluatur.
 Ita Joannes Chrysostomus, divinioris doctrinæ
 gnarissimus, ait : « Non hoc solum dico, quod præ-
 viderit (lapsum), sed quod etiam præviderit, se
 lapsum per œconomiam salutarem iterum excitatu-
 rum. » Itaque non prius vidit lapsum, quam de
 excitatione cogitavit. Noverat eum lapsurum, at
 excitationis remedium jam ante instruxerat : homi-
 nem experiundo discere mortem passus est, ut in-
 telligeret, hinc, quid suo sibi jumento, hinc, quid
 per Conditoris gratiam sibi sit accersiturus. Noverat
 Adamum peccatum, at prævidebat quoque, ex
 eodem prodituros esse Abelem, Enosum, Enochum,
 Noam, Eliam, prophetas, apostolos admirandos,
 nobile illud genus, nec minus martyrum nubes, a
 Deo excitatas, et pietatem stillantes. Hæc prævi-
 debat Numen. Pulchrumne itaque, justumne, Deove
 dignum fuisse, ideo, quod unus homo peccaturus
 erat, eum ex nihilo non condere, et eadem opera
 tantorum virorum, quorum nec uno dignus est
 orbis, proventum prohibere, tam lætam pulchram-
 que humani generis sementem radicitus evellere,
 illique excidium et iram immittere, idque eo tem-
 pore, quo homo, qui postea peccato indulgebat,
 nec peccaverat, neque de patrandi peccato, cum
 nondum existeret, cogitaverat? Si enim sapientum
 est, ab eo, qui peccare quidem conatus est, neque
 tamen vere peccavit, peccati pœnas non repetere ;
 quomodo Deum decuerit, eum, qui nec peccare tunc
 instituerat, peccantium pœnis subjicere? Inprimis
 cum, quamvis peccatum adeo grave esset, (nonne
 enim grave erat præceptum Domini violare?) idem
 tamen medicinam ex ineffabili Conditoris, hominem
 ad pristinam suam dignitatem reducturi, benevo-
 lentia admitteret. Quod si itaque conditus non
 fuisset ideo, quod primus ille homo peccaturus
 erat, Deus utique talis visus esset, qui et hominem,
 peccati nondum reum, puniisset, et secutura
 revocatione ac salute privaret, creaturam denique tot
 et tam præclaris bonisque hominibus spoliasset.

QUÆSTIO CLXII [Cois. CXCI, Taur. CLXXXII].

Quid significat, « Primogenitus omnis creaturæ »?

Editarum a Wolfio vigesima quinta (l. c., p. 800—802. Galland. p. 747, 918, n. 42). — In Coloss. 1, 15.

Quando Paulus « primogenitum omnis creaturæ »
 appellat (Dominum), hæretici non recogitantes de

111 Coloss. 1, 15.

οὕτως · ἀλλ' ἔδωκε νόμον, προφήτας, καὶ μετὰ ταῦτα
 τὸ εὐαγγέλιον, οὐ χρόνον τὸ συμφέρον μεταμαθῶν,
 ἀπ' ἀρχῆς δὲ εἰδῶς, ὡς οὐχ οἶόν τε ἄλλως ἦν τὴν
 κρίσιν, καὶ τὸν ἐν αὐτῇ ἄνθρωπον οὕτε γενέσθαι,
 οὕτε παιδαγωγηθῆναι, οὕτε τὸ τῆς ἀφθαρσίας ἀξίωμα
 ἀναλαβεῖν · εἰ μὴ καθ' ὄν τρόπον ἡ ἀφατος · πρόνοια
 καὶ φιλανθρωπία ὑποκόμωσεν. Ὅτι, φασίν, εἰ προεί-
 δεν ἀμαρτήσῃν τὸν Ἀδὰμ ὁ Θεός, τί καὶ προήγα-
 γεν αὐτόν; Καὶ πολλοὶ μὲν εἰσι καὶ πάγκαλοι τοῦδε
 τοῦ ἀπορήματος ἐπιλύσεις. Λέγει δ' οὖν καὶ ὁ θεό-
 σοφος Ἰωάννης ὁ Χρυσόστομος, ὅτι : Οὐ τοῦτο
 μόνον φημι, ὅτι προήδει, ἀλλ' ὅτι καὶ παρόντα ἀνα-
 στήσῃ αὐτὸν διὰ τῆς οἰκονομίας · καὶ οὐ πρῶτον
 εἶδεν τὴν πτώσιν, εἰ μὴ προεπανόησεν τὴν ἀνάστα-
 σιν · ἦδει, ὅτι πεσείτῃ, ἀλλὰ προεπέθετο τῆς ἀνα-
 στάσεως φάρμακον, καὶ συνεχώρησεν εἰς πείραν ἐλ-
 θεῖν θανάτου τὸν ἄνθρωπον. Ἴνα μῦθῃ, τίνας μὲν
 ἀπολαύσει δι' ἑαυτὸν · τίνας δὲ τῆ τοῦ πλάσαντος
 χάριτι · ἦδει πεσοῦμενον τὸν Ἀδὰμ, ἀλλ' ἔβλεπεν
 ἐξ αὐτοῦ προελευσόμενον τὸν Ἄβελ, τὸν Ἐνῶς, τὸν
 Ἐνῶχ, τὸν Νῶε, τὸν Ἥλιαν, τοὺς προφήτας, τοὺς
 θαυμαστοὺς ἀποστόλους, τὴν εὐγένειαν τῆς φύσεως,
 τὰ θεοκίνητα τῶν μαρτύρων καὶ στάζοντα τὴν εὐ-
 σέβειαν νέφῃ · ἔβλεπε ταῦτα, καὶ ποῦ ἦν καλὸν,
 ποῦ δὲ δίκαιον, ποῦ δὲ θεοσπεπές, ἵνα, διότι ἐμελλ-
 λεν εἰς ἄνθρωπος ἀμαρτάνειν, τοῦτον μὴ ἀναγαεῖν
 ἐκ μὴ ὄντων, καὶ τοσοῦτων ἀνθρώπων, ὧν οὐδὲ καθ'
 ἓνα ἀξίος ὁ κόσμος, φορὰν ἀνακόψαι, καὶ θείσαι
 πρόρρητον τὴν τοσαύτην τοῦ γένους βλάστησιν καὶ
 καλλονῇ, καὶ κατ' αὐτῆς ἐπαφίνας τὴν ἐκτομῆν
 καὶ ὄργην, καὶ τότε τοῦ τὴν ἀμαρτίαν ὑπερον ἐλο-
 μένου οὕτε ἁμαρτόντος, οὕτε ἁμαρτεῖν μεμελετηκό-
 τος, ἄτε μήπω μὴδ' ὕφεστώτος; Εἰ γὰρ σωφρόνων
 ἐστὶν ἀνθρώπων, τὸ μελετήσαντα μὲν ἀμαρτήσαι, μὴ
 ἀμαρτήσαντα δὲ, μὴ εἰσπράττειν εὐθύνας ἀμαρ-
 τημάτων · εἰ ποῦ γε ἀνεῖθ' Θεοῦ, τὸν, μὴδὲ μελε-
 τήσαντα ἐξαμαρτήσαι, τὰς τῶν ἁμαρτηκότων ἀπαι-
 τεῖν δίκας, καὶ τότε χαλεποῦ μὲν ὄντος τοῦ ἀμαρ-
 τηματος (πῶς γὰρ οὐ χαλεπὸν ἀθέτησις Δεσποτικῆς
 ἐντολῆς ;), οὐκ ἀνιάτου δὲ ἐσομένου τῇ ἀπάτῃ φι-
 λανθρωπία τοῦ Πλάσαντος, καὶ τοῦ πρωτοπλάστου,
 εἰς τὴν ἀρχαίαν ἐπανάγεσθαι μέλλοντος εὐγένειαν ·
 ὥστε εἰ μὴ προήκτο, διότι ἐμελλεν ἁμαρτεῖν ὁ ἀρ-
 χέγονος, δεδείκνυτο ἂν τὸ θεῖον, τὸν μὴ ἀμαρτάνον-
 τα κολάζων, καὶ τῆς ὑπερον ἀνακλήσεως καὶ σω-
 τηρίας ἀποστερῶν, καὶ τοσοῦτων ἀνθρώπων καλῶν τε
 καὶ ἀγαθῶν ἔρημον τὴν κρίσιν ἀποφαίνων.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΞΒ΄.

Τι ἐστὶ · « Πρωτότοκος πάσης κτίσεως » ;

Ὅτι τοῦ θεοῦ Παύλου εἰπόντος, « Πρωτότοκος πάσης
 κτίσεως, » οἱ ἀρετικοί, φησί, (90) μὴ νοήσαντες περὶ

NOTÆ.

(90) In ms. φασί, quod tamen ob sequens καταβιάζουσι, locum habere non potest. Itaque scripsi
 φησί. Fortasse Chrysostomi hæc sunt.

ποίας κτίσεως λέγει, εἰς κτίσμα τὸν ὕδιν οἱ ἄνθρωποι A
καταβιβάζουσι· διττὴ δὲ ἡ κτίσις· ἡ μὲν γὰρ ἐστὶν
ἡ γεγεννημένη, ἡ δὲ ἡ ἀνακαινίζομένη. Αὐτὸς γὰρ
Παῦλος βοᾷ· « Ἐστὶς ἐν Χριστῷ, καινὴ κτίσις· »
ἵνα δὲ λαμπρῶς ἀποδείξῃ, ὅτι τῆς ἀνακαινισθείσης
κτίσεως λέγει πρωτότοκον τὸν Χριστὸν, ἐπάγει· « Πρω-
τότοκος ἐκ νεκρῶν, ἵνα γένηται ἐν πᾶσι πρωτεύων· »
πρωτεύων τῶν ἀνακαινιζομένων, τῶν εἰς ἀφθαρσίαν
καλουμένων, τῶν ἐκ νεκρῶν ἐγειρομένων· πρω-
τεύων, οὐ κατὰ τὴν θεότητα· ἀπαγε· ὕβρις γὰρ
θεῷ, τὸ καλεῖσθαι πρῶτον τῶν κτισμάτων, ὃς ἀρ-
ρήτην λόγῳ καὶ ἀνεπινοήτῳ ὑπεροχῇ πάσης ὑπερήρ-
τηται καὶ (91) ὑπερίδρυται φύσεως· ἀλλὰ πρωτεύει
κατὰ γε τὴν ἀνθρωπότητα, ἀρχηγὸς ἡμῶν γερονδῶς
τῆς ἀναστάσεως, καὶ τῆς ἐκ φθορᾶς εἰς ἀφθαρσίαν
μεταστοιχειώσεως. Εἰ γὰρ ὁ (92) Ἠλίας τὸν υἱὸν B
τῆς χήρας ἤγειρε, καὶ Ἐλισσαῖος τὸν τῆς Σωμαντι-
δος, καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ τεταρτὸν τὸτα Λάζαρον συν-
εξανέστησεν, ἀλλ' οὐδεὶς αὐτῶν (93) εἰς ἀφθαρσίαν
καὶ ἀθανάσιαν ἐξανέστη. Πάλιν γὰρ αὐτῶν (94) ὁ θά-
νατος ἐκυριεύσεν. Χριστὸς δὲ ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν οὐκ
ἐτι ἀποθνήσκει, θάνατος αὐτοῦ οὐκ ἐτι κυριεύει.
'Ἀλλ' οὐδὲ ἐκείνων, οὓς κατὰ τὴν δευτέραν αὐτοῦ
παρουσίαν ἀναστήσει. Ὁ κακῆς καὶ ἀφρονος ἡμῶν
γνώμη· ἡ ἦλθεν ὁ Χριστὸς πρὸς ἡμᾶς, ἔδωκεν ἡμῖν
τὸ αὐτοῦ Πνεῦμα (95), καὶ ἀνέλασεν τὸ ἡμέτερον
σῶμα, καὶ τὸ συνάλλαγμα προήλθεν· καὶ λαθῶν ἡμῶν
τὸ φύραμα ἀνύψωσεν αὐτὸ, καὶ ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ
τοῦ Πατρὸς· καὶ ἡ ἀγνωμοσύνη τὴν εὐεργεσίαν
ὑβρίζει· ἐλάβομεν ἐξ αὐτοῦ τὸ Πνεῦμα, καὶ ὑβρι- C
ζομεν ἐν κτίσμασι καὶ δούλοις αὐτὸ καταλέγον-
τες.

hanc injurius est. Naturam ex nobis assumpsit, et a
Spiritum; et vel sic injuria afficimus inter creaturas et servos illum numerantes.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΕΓ'.

QUÆSTIO CLXIII [Cois. CXCIII,
Taur. CLXXXIII].

Τί ἐστι δέησις καὶ προσευχή;

Quid est dēsis et προσευχή? 19

Editarum a Wolfio vigesima sexta (l. c., p. 802, 805. Galland. p. 747, 748, n. 42).

* Ὅτι, φησὶ, (96) δέησις μὲν λέγεται, ὅταν τις τὸν Θεὸν
ἀξιώσῃ εἰς πρᾶγμα· προσευχὴ δὲ, ὅταν ὁ μὲν τὸν Θεόν·
εὐχαριστία δὲ, ὅταν τις ὑπὲρ ὧν ἔπαθεν, χάριν ἀνθ- D
ρομολογῇ τῷ Θεῷ· ἐντυχία δὲ, ὅταν τις κατὰ τῶν ἀδι-
κούντων ἐντυχάνῃ τῷ Θεῷ προσκαλούμενος (97) αὐ-
τὸν εἰς ἐκδίκησιν. Ὅτι δὲ τὸ ἐντυχάνειν οὐκ ἐστι,
φησὶν, ἱκετεύειν, ἀλλ' ἑρωτᾶν, καὶ ἀποκρίσιν δε-
χέσθαι, λέγει ὁ Θεὸς πρὸς τὸν Ἠλίαν· « Τί σὺ ἐνταῦ-

δέησις, inquit, dicitur, quando quis Deum ad
res suas perficiendas advocat: προσευχή, quando
Deum laudat: εὐχαριστία, quando pro acceptis be-
neficiis gratias Deo agit: ἐντυχία vero, quando quis
adversus injurios Deum interpellat, eumque ad ul-
tionem sumendam excitat. Quod vero, inquit, ἐν-
τυχάνειν non idem sit quod ἱκετεύειν, sed idem
potius quod interrogare, et responsum accipere, ar-

19 II Cor. v, 17 19 Coloss. i, 18. 19 Rom. vi, 9. 19 I Tim. ii, 1.

NOTÆ.

(91) ὑπερήρηται καὶ, ex Colbert.

(92) καὶ Ἠλίας, Colb.

(93) Colb. pro αὐτόν.

(94) Ita scribo pro αὐτόν.

(95) Fortasse legendum est αὐτόν, ut ad Chri-
stum referatur, quando nunc ad Πνεῦμα, proxime

antecedens, spectat.

(96) Chrysostomi hæc sunt, quem Noster mox ap-
pellat. Apud eum tamen illa ad h. l. non invenio.(97) Colb. pro προσκαλούμενος. Idem max ἐτι προ
ἐστὶ, male.

parat ex eo, quod Deus ad Eliam ait : « Quid tu hic agis, Elia? » Hic interrogatus propheta respondet : « Zelo zelatus sum propter Dominum omnipotentem, quia te deseruerunt filii Israel¹⁷, » etc. Hoc loco non est *dēshis* (precatio), sed interrogatio et responsio. Ex utroque autem nascitur *έντευξις*. Unde vero hoc manifestum est? Audi Paulum ita loquentem : « Nonne legistis apud Eliam prophetam, quod dicit Scriptura, quod interpellarit Deum contra Israel¹⁸? » Itaque *έντυχία* non idem est quod *δέησις*. Atque hæc quidem habet Chrysostomus. Juvat vero accuratius in harum vocum differentiam inquirere, ac simul ostendere, quod non solum copia sua dicendæ sint sufficere, sed etiam illis, qui eas solertius excutere voluerint, interne-ratæ et salvæ appareant.

B

QUÆSTIO CLXIV [Coisl. CXCIV, Taur. CLXXXIV].

« *Neque enim pudet me Evangelii : justitia enim Dei¹⁹, »* etc.

Editarum a Wolfio vigesima septima (l. c., p. 805-809. Galland p. 748-750, n. 45). — In Rom. I, 16, 17.

Paulus ait : « Non pudet me Evangelii : justitia enim Dei in illo revelatur. » Quomodo vero justitia Dei in illo revelatur? quomodo? inquam. In eo, quod lex prima Judæis solis data est, non autem cæteris hominibus, eundem alioquin Conditorem eandemque naturam habentibus : contra Evangelium omnibus eodem genere ortis æqualiter competit. In illo vero justitia Dei revelatur, idemque justitiæ Evangelium vocatur. In Veteri itaque Testamento vocatio non erat justa; neque enim omnes pariter vocabat aut illuminabat; sed Judæos solos. Itaque non erat justa, sed *œconomica*, quæque viam justitiæ muniret. Absit, ut hanc justam, illam vero injustam, appellem! Imo vero hanc viam et præparationem ad istam esse suspicantes Judæi, putabant, et Evangelium sibi etiam solis, sicut olim legem, datum iri. Præter spem vero exspectatio hæc aliter cecidit. Propterea et David ait : « Exspectavimus, o Deus, misericordiam tuam in medio populi tui²⁰. » Et mox : « Prout nomen tuum est, Deus, ita etiam gloria tua²¹ : » non solum in medio populi tui, sed et super omnes fines terræ. Ostensurus autem justitiæ esse omnium terræ finium misereri, addit : « Dextra tua plena est justitiæ; Dominus regnavit²². » Quomodo vero dicitur : « regnavit Deus? » Nonne ideo, quod regiam illam dignitatem recens accepit? Si enim dixisset : Dominus regnat, æternum ejus

Οα, Ἡλία; » ἀποκρίνεται ἐρωτηθεὶς ὁ προφήτης· « Ζηλῶν ἐξήλωκα Κυρίῳ παντοκράτορι, ὅτι ἔγκατέλιπόν σε υἱοὶ Ἰσραὴλ, » καὶ ἐξῆς. Καὶ οὐκ ἔστιν ἐν ταῦθα δέησις, ἀλλ' ἐρώτησις καὶ ἀπόκρισις. Καὶ γέγονεν τὸ ἐξ ἀμφοῖν ἐντευξις. Καὶ πόθεν δῆλον; Παύλου λέγοντος ἀκουσον· « Οὐκ ἀνεργῶτε ἐν Ἡλίᾳ τῷ προφῆτῃ, τί λέγει ἡ Γραφή, ὡς ἐντυχάνει τῷ Θεῷ, κατὰ τοῦ Ἰσραὴλ; » Οὐκοῦν ἐντυχία οὐκ ἔστι δέησις. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὁ Χρυσόστομος. Δεῖ δ' οὖν εἶναι λεπτομερέστερον τὰς διαφορὰς τῶν εἰρημένων ὀνομάτων ἐπισκέψασθαι, καὶ ἐπιθεωρῆσαι, ὅτι μὴ τῷ πλήθει μόνον ἰκανὰ εἶναι λέγεσθαι, ἀλλὰ καὶ τοῖς δεινότερον διακωδωνίζειν ταῦτα βουλομένοις ἀνάλωτα καὶ ἀνεπηρέαστα διαμένειν.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΕΔ'.

« *Οὐ γὰρ ἐπαισχύνομαι τὸ Εὐαγγέλιον· δικαιοσύνη γὰρ Θεοῦ, »* καὶ ἐξῆς.

Ἐπισημαίνω τὸ Παῦλος, « *Οὐ γὰρ ἐπαισχύνομαι τὸ Εὐαγγέλιον· δικαιοσύνη γὰρ Θεοῦ ἐν αὐτῷ ἀποκαλύπτεται.* » Πῶς οὖν δικαιοσύνη Θεοῦ ἐν αὐτῷ ἀποκαλύπτεται; Πῶς (98); Ἐπειδὴ ὁ πρῶτος νόμος Ἰουδαίοις μόνους ἐδέδοτο καὶ (99) οὐ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων, τῆς αὐτῆς ὑπαρχόντων δημιουργίας καὶ φύσεως, τὸ δὲ Εὐαγγέλιον πᾶσιν ὁμοίως τοῖς ὁμοφύεσιν εἰκότως· ἐν αὐτῷ δικαιοσύνη Θεοῦ ἀποκαλύπτεται (1), καὶ καλεῖται δικαιοσύνης Εὐαγγέλιον. Ἐν τοίνυν τῇ Παλαιᾷ Διαθήκῃ οὐκ ἦν ἡ κλήσις δικαία· οὐ γὰρ ὁμοίως πάντας ἐκάλει καὶ ἐφώτιζεν τοῖς Ἰουδαίοις δὲ μόνους (2). Οὐκ ἦν οὖν δικαία, ἀλλ' οἰκονομική, προπαρασκευάζουσα ὁδὸν τῇ δικαιοσύνῃ· οὐ λέγω ταύτην δικαίαν, ἀκαίρην ἀδικον. Ἀλλ' ἐκαίρην ὁδὸν ταύτης καὶ προκατασκευῆν ταύτης ὑπελάμβανον οἱ Ἰουδαῖοι, ὅτι καὶ τὸ Εὐαγγέλιον αὐτοῖς δοθήσεται καὶ μόνους, ὡς περ καὶ ὁ νόμος· ἐξέβη δὲ παρ' ἐλπίδας ἡ προσδοκία· διὸ καὶ Δαβὶδ λέγει· « Ὑπελάδομεν, ὁ Θεός, τὸ ἔλεός σου ἐν μέσῳ τοῦ λαοῦ σου » εἶτα, « Κατὰ τὸ ὄνομά σου, ὁ Θεός, οὕτω καὶ ἡ ἀνεσις σου· οὐχ ἔν μέσῳ τοῦ λαοῦ σου μόνου, ἀλλὰ ἐπὶ τὰ πέρατα τῆς γῆς δικαιοσύνης ἐστίν, τὸ ἐλεῆσαι τὰ πέρατα τῆς γῆς δικαιοσύνης ἐστίν, ἐπάγει· « *Δικαιοσύνης πλήρης ἡ δεξιὰ σου.* » Ὁ Κύριος ἐθασιλευσεν· πῶς, « ὁ Κύριος ἐθασιλευσεν; » ἄρ' ὡς πρόσφατον λαβὼν τὸ τῆς βασιλείας ἀξίωμα; εἰ μὲν γὰρ εἶπεν· Ὁ Κύριος βασιλεύει, τὴν αἰδίων

¹⁷ I Reg. xix, 9 seqq. ¹⁸ Rom. II, 2. ¹⁹ Rom. I, 16. ²⁰ Psal. XLVII, 9. ²¹ Psal. xcii, 1. ²² Psal. xcvi, 9; xcvi, 1; xcvi, 1.

NOTÆ.

(98) πῶς οὖν — πῶς; sunt ex Colbert.
(99) οὐ Colb. male omittit. Memineris quoque hic subiintelligendum esse τοῖς, hoc sensu : καὶ οὐ τοῖς τῶν ἄλλων ἀνθρώπων.

(1) ἀποκαλύπτεται debet Colbertino.
(2) Legendum fuerit, τοῖς Ἰουδαίοις δὲ μόνους, sc. ἐκάλει, nisi ex superioribus repetere velis ἐδέδοτο.

αὐτοῦ ἐρμήνευσεν ἐξουσίαν. Εἰπὼν δὲ, ἐβασίλευσεν, ἡν δὲ διὰ σαρκὸς αὐτοῦ οἰκονομίαν λέγει, δι' ἧς ἡ φύσις ἡμῶν τὴν ἐπικράτειαν τοῦ διαβόλου τῆς ἀμαρτίας τοῦ θανάτου ἀποσεισασμένη ἐπέγνω Πλάστην τὸν ὡς ἀληθῶς βασιλέα, τὸν χορηγὸν τῆς ἀφθαρσίας (3) τῆς ἀναστάσεως. Εὐαγγελίζεται τοίνυν ὁ Δαβὶδ τοῖς ὑπὸ τῆς ἀμαρτίας, ὑπὸ (4) τοῦ θανάτου, ὑπὸ τοῦ διαβόλου πάλοι βασιλευσμένοις, ὅτι ὁ ζυγὸς ἐκεῖνος συντέτριπται, τὸ κράτος λείπεται, καὶ βασιλεύει πάντων ὁ Κύριος, ὡς καὶ αὐτὸς μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἔφη· « Ἐδόθη μοι πᾶσα ἐξουσία ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς. » Πρὶν δὲ ἐβασίλευσεν ἡμῶν ὁ θάνατος καὶ ἡ ἀμαρτία· « Ἐβασίλευσε γὰρ ὁ θάνατος ἀπὸ Ἀδάμ μέχρι Μωϋσέως, » καὶ ἐξῆς· καὶ ὁ Σωτὴρ περὶ τοῦ διαβόλου· καὶ, « Εἰ ὁ Σατανᾶς τὸν Σατανᾶν ἐκδύλει, ἐμερίσθη ἡ βασιλεία αὐτοῦ. » ὥστε ἐβασίλευσεν πρὸ τῆς ἐπιδημίας τοῦ Χριστοῦ τοῦ γένους ἡμῶν ὁ Σατανᾶς, ἀλλὰ καὶ ἡ ἀμαρτία. Λέγει γὰρ πάλιν ὁ Παῦλος· « Ὡςπερ γὰρ ἐβασίλευσεν ἡ ἀμαρτία ἐν τῷ θνητῷ ἡμῶν σώματι, οὕτω καὶ ἡ χάρις βασιλεύει διὰ Χριστοῦ. » — « Ὁ Κύριος ἐβασίλευσεν. » πέπαιται τῆς ἀμαρτίας τὸ κράτος, τοῦ θανάτου, τοῦ διαβόλου· οὐκοῦν ἀγαλλιᾶσθε τὴν γῆν, ἡ φύσις γηγενῆς, ἡ ποτὲ πλανωμένη, νῦν δὲ δοξαζομένη, ἡ ποτὲ ἐν τάφοις, νῦν ἐν θρόνοις. « Ὅτι, φησὶ, οἰκονομίας ἦν τὰ πλεῖστα τῶν ἐν τῇ Παλαιᾷ, ἀλλ' οὐκ ἀρεσκείας Θεοῦ καὶ προηγουμένης εὐδοκίας· καὶ τύποι τῶν μελλόντων καὶ σχιᾶ· ἀλλ' οὐκ αὐτὰ (5) τὰ πράγματα. Καὶ ἐστὶν ἰδεῖν ἐπ' αὐτῶν ἄλλα μὲν τὰ σχήματα, ἄλλα δὲ τὰ νοήματα· οἷον πάντως Θεὸς οὐκ (6) ἀναπαύεται ὑακίνθῳ καὶ πορφύρᾳ, καὶ κόκκῳ, καὶ βύσσῳ. Θεὸς γὰρ ψυχῶν ἀπαιτεῖ καθαρότητα, οὐ σωματικῶν ἀνθη, καὶ λαμπρότητα, ἀλλ' ἐν ταῖς σωματικαῖς φαιδρότησι τὴν εἰκόνα τῶν ἀρετῶν διαγράφει. Εἰ γὰρ ταῖς στολαῖς ἐκεῖναις ὡς ἀληθῶς ἀνεπαύετο, πῶς τὸν Μωϋσῆν πρὸ τοῦ Ἀαρὼν οὐκ ἐνέδυσεν· ἀλλ' ἦν ἐκεῖνος οὐκ ἐνεδύσατο, ταύτην τοὺς ἱερέας ἡμφίασεν; καὶ Μωϋσῆς μὲν οὐκ ἐλούσθη ὕδατι καὶ εἴλουεν· διὰ τί; ἵνα μάθῃς (7), ὅτι οὐκ ἦν ταῦτα προηγούμενα τῷ Θεῷ, ὅτι τῷ τελείῳ πρὸς κόσμον ἀρκεῖ ἡ ἀρετὴ (8), καὶ ὅτι ταῦτα τύπος ἦν ἀρετῆς, ἀλλ' οὐκ ἀρετῆς.

QUÆSTIO CLXV.

* Ὅτι ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἔφερε, φησὶν, ὁ ἀρχιερεὺς τιάραν (9);

Editarum a Wolfio vigesimæ septimæ pars posterior (l. c., p. 807).

Διότι τὸν προχειριζόμενον ἀπάντων κεφαλὴν κατὰ

dominium indicasset. Quando vero ait, regnavit, illa, quæ ab eo in carnis gesta sunt, indicat, quibus factum est, ut natura nostra, diaboli, peccati mortisque imperium amolita, Conditorem suum, verum illum regem, ut ducem resurrectionis et incorruptibilitatis agnosceret. David igitur illis, in quos mors et diabolus olim dominatus erat, lætum hunc nuntium affert, quod jugum illud fractum sit, potestas abolita, et Dominus omnibus imperet, quemadmodum et ipse post resurrectionem dicit: « Data est mihi omnis potestas in cælo et in terra. » Antea vero mors et peccatum nobis dominabatur. « Mors enim dominata est ab Adam ad Moysen, » etc. Servator vero de diabolo ait: « Et si Satanas Satanam expellit, regnum ejus divisum est. » Itaque ante adventum Christi genti nostræ dominatus est Satanas, imo et peccatum. Paulus enim iterum ait: « Sicut enim peccatum regnavit in mortali nostro corpore, ita etiam gratia regnat per Christum. » — « Dominus regnavit; » desiit peccati, mortis, diaboli robor. Itaque exsulet terra, natura terrana, olim erroribus jactata, jam vero glorificata, olim sepulta, nunc in throno collocata. Pleraque, ait, Veteris Testamenti per œconomiam quamdam agebantur, Deo vero non per se placebant, aut voluntati ejus præcipuæ satisfaciebant. Typi et umbræ erant futurorum, non res ipsæ. Itaque in illis alias figuras, alia vero sensa conspiceri licet. Ita Deus non penitus acquiescit in hyacintho aut purpura, aut cocco, aut bysso. Deus enim animarum puritatem requirit, non corporum florem aut splendorem; illis vero, quæ in corpore splendent, virtutum imaginem exprimit. Quod si enim stolis illis vere delectaretur, quare Moysen non præ Aaron induit, sed, quam ille vestem non adhibuit, ea sacerdotes ornavit? Et Moses quidem nec lotus aqua est nec lavit alios. Cur ita? Ut exinde disceres, talia non esse apud Deum præcipua, perfectoque homini ad ornatum sufficere virtutem, ista denique omnia virtutes adumbrasse quidem, sed non ipsam fuisse virtutem.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΕΕ΄.

Quare summum pontificem in capite iaram habuisse dicatur?

Quia qui omnibus instar capitis esset præ-

²² Matth. xxviii, 18. ²³ Rom. v, 14. ²⁴ Matth. xii, 26. ²⁵ Rom. v, 21.

NOTÆ.

- (3) Suspicion excidisse kal.
 (4) ὑπὸ addidi ex Colbert.
 (5) Sic Colb. pro οὐ — κατὰ.
 (6) οὐκ addidi, quod sensus postulat.
 (7) Idem pro μὴ θαίς.
 (8) Ita scribo pro, ἡ ἀρετῆς.
 (9) Non est hæc quæstio in cod. Coislin. et Taurin. Ex hac quæstione in nonnullis codicibus, v. gr., Vaticano 430, f. 155 a, pars quædam seorsim descri-

pta est sub titulo: Τίνος χάριν τίθεται τὸ Εὐαγγέλιον τῇ κεφαλῇ τοῦ χειροτονουμένου; Cur Evangelium in capite ordinandi imponatur? Falluntur historia: litterariæ scriptores, dum peculiarem Photii librum, ab Amphilochianis quæstionibus diversum, hac de re commemorant. Ang. MAI. — Hæc quæstio quam ut ineditam edidit Ang. MAI (Vet. Script. nov. coll., t. IX, 102, 103), pars est posterior vigesimæ septimæ a Wolfio editarum. Edit.

fectus, super capite potestatem habere oportebat, A atque inde colligere, quod, quamvis capite cæteris emineat, ipse tamen sub capite, communi scilicet omnium Domino et imperatore, sit constitutus. Imperium enim penitus liberum et legibus solutum grave est, et ferri vix potest. Propterea et in Novo Testamento illi, qui sacerdotio summo inaugurantur, Evangelii librum capiti impositum habent, ut officio huic initiatus intelligat, se veram Evangelii tiaram accepisse, sequæ, etiam si aliorum caput sacro ritu sit constitutus, vel sic tamen legibus iisdem subjectum esse, aliisque imperantem legis imperio teneri. Itaque tiara illa potestatem significabat, tum, quam in populum habebat, tum, cui ipse adversus Deum erat subjectus. Porro bractea aurea, cui Dei nomen erat insculptum, pectori incumberebat, eademque opera significabat, cordis affectus probe observandos, eosdemque ad summi Numinis nutum esse accommodandos. In humeris præterea smaragdi duo, sex tribuum nomina hinc, illinc vero totidem expressa habentes. Illi vero symbolum erant pulchritudinis seu formæ sacerdotem decentis. Smaragdus enim, lapis viriditate decora et pellucida puritate instructus, speculi facultatem subindicat. Sacerdotem enim virtutum exercitio vigilare, vitamque suam illis, qui sibi sunt subjecti, instar speculi repræsentare oportet. In humero vero hærebat smaragdus, quoniam actionis erat indicium. Agendi enim potentia ab humeris pendet. Propterea etiam Deus ad Jerusalem inquit: « Cor tuum humeris tuis impone, honoratissima filia, quia Dominus te in salutem creavit ¹⁶. » Nam et manus et humeros de actionibus accipit Scriptura, quando, v. g., de Davide ait: « Et in prudentia manium suarum duxit eos ¹⁷. » Oraculo porro illi, quod pectori erat aptatum, duodecim lapides infixi erant, qui duodecim tribus significabant. Hic velim observes, supra quidem et in humeris unum omnino lapidem, smaragdum scilicet, infra autem et in pectore duodecim fuisse. Hoc vero subinnuit, nos omnes olim quidem eodem genere ortos esse, procedente vero tempore in diversa studia scissos. Itaque aliud studio nostro, aliud naturæ fertur acceptum. Sub fimbria sacerdotis conspicietur margo, lûma dictus, ex quo flores mali punici, mala punica aurea et tintinnabula pendebant. Quomodo vero hæc Deo per se et ratione præcipui consilii sui placere poterant? Imo vero ipso hoc sacerdotis habitu virtutes depingi faciebat. Qui infra erant flores et fructus, præclaras quasque virtutes, quales sunt eleemosyna, justitia, humanitas, et reliquarum illis similitum coronam repræsentabant.

¹⁶ Jerem. xxxi, 22. ¹⁷ Psal. lxxvii, 78.

(10) Phrasi utitur Paulina I Cor. xi, 10.

(11) Sic scribo pro ἀφόριστος.

(12) Malim κεφαλή.

(13) Colb. pro ὑπὸ αὐτοῦς.

(14) Sic scribo pro καθαριθμηζέιν, nisi scribi

καφαλῆς ἔχειν τὴν ἐξουσίαν (10) ἔδει, καὶ εἰδέναι, ὅτι κεφαλῆ τῶν ἄλλων προβαλλόμενος καὶ αὐτὸς ὑπὸ κεφαλῆν ἔστι τὸν κοινὸν ἀπάντων Δεσπότην καὶ ἐξουσιαστήν. Ἀπολελυμένη γὰρ αὐθεντία καὶ αὐτόνομος ἀφόρητος (11) ἐστὶν καὶ χαλεπή. Διὰ τοῦτο καὶ ἐν τῇ χάριτι οἱ ἀρχιερατεῦσιν τελούμενοι, τὸ εὐαγγέλιον ἐπὶ κεφαλῆς δέχονται, ἵνα μάθῃ ὁ χειροτονούμενος, ὅτι τὴν ἀληθινὴν τοῦ εὐαγγέλιου τιάραν λαμβάνει καὶ ὅτι, εἰ καὶ τῶν ἄλλων ἱερουργαίται κεφαλῆ (12), ἀλλ' οὖν καὶ αὐτὸς ὑπὸ τούτους (13) τελεῖται τοὺς νόμους, καὶ τῶν ἄλλων κρατῶν κρατεῖται τῷ νόμῳ. Ἄλλ' ἢ μὲν τιάραν τὴν ἐξουσίαν ἐτύπου, ἦν τε αὐτὸς εἶχεν τοῦ λαοῦ, καὶ ὑφ' ἣν αὐτὸς ἀνεφέρετο τοῦ θεοῦ · τὸ δὲ πέταλον τὸ χρυσοῦν, ἐν ᾧ τὸ ὄνομα ἐκεκόλαπτο τοῦ θεοῦ, ἐπέκειτο μὲν τῷ στήθει, φυλακῆς δ' ἐπέχευε τύπον τῶν ἐν καρδίᾳ κινήματων · καὶ ὡς δεῖ ταῦτα καταρρυθμίζειν (14) τῇ πρὸς τὸ θεῖον νεύσει καὶ ἀναφορῇ · ἐπὶ δὲ τῶν ὤμων σμαράγδου λίθοι δύο, ἔχοντες τὰς ἐξ φυλάς ἐντεῦθεν, καὶ τὰς ἐξ ἐντεῦθεν. Οὗτοι δὲ σύμβολον ἦσαν τῆς βίβως τῆς ἀρχιερατικῆς · ἔχει γὰρ ἡ τοῦ σμαράγδου ψήφος καὶ χλωρότητα εὐπρεπῆ, καὶ καθαρότητα διαυγῆ, κατόπτρον δύναμιν ὑποφαίνουσα. Καὶ γὰρ δεῖ τὸν ἱερέα καὶ ἀσκήσει νήφειν, καὶ τὸν βίον τοῖς ὑπ' αὐτὸν ὡσπερ κάτοπτρον παρέχειν · ἐπὶ τὸν ὦμον δὲ ἡ σμαράγδος, ἐπειδὴ πράξεώς ἐστὶν σημεῖον · ἡ γὰρ πρακτικὴ δύναμις τῶν ὤμων ἡρτηται · διὸ καὶ ὁ θεὸς πρὸς τὴν Ἱερουσαλήμ λέγει (15) · « Ἦες τὴν καρδίαν σου ἐπὶ τῶν ὤμων σου, θυγατερ ἡ τιμωμένη, ὅτι Κύριος κτιζει σε εἰς σωτηρίαν » · καὶ γὰρ τὰς χεῖρας καὶ τοὺς ὤμους εἰς πράξεις ἡ Γραφὴ λαμβάνει, ὡς ὅταν λέγει περὶ τοῦ Δαβὶδ · « Καὶ ἐν ταῖς συνέσεσι τῶν χειρῶν αὐτῶν ὠδήγησεν αὐτοῦς. » Ἐνήσαν δὲ τῷ λογίῳ, τῷ ἐπὶ τοῦ στήθους καὶ οἱ δώδεκα λίθοι ἐνηρμοσμένοι, τὰς δώδεκα φυλάς ὑποδηλοῦντες. Καὶ ὅρα · ἄνω μὲν, καὶ ἐπὶ τῶν ὤμων μία ἦν φύσις τῶν λίθων ὁ σμαράγδος, κάτω δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ στήθους οἱ δώδεκα · ἀνιετομένου τοῦ λόγου, ὅτι ἄνωθεν μὲν ἅπαντες ἐκ μιᾶς προήλθομεν φύσεως · προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου διαφόροις γνώμαις ἐμερίσθημεν (16) · καὶ τὸ μὲν δίδωσι τῇ γνώμῃ, τὸ δὲ τῇ φύσει · ὑπὸ δὲ κράσπεδον τοῦ ἱερέως, τὸ λεγόμενον λῶμα, ἄνθη βόας, καὶ βότσκοι χρυσοῖ, καὶ κώδωνες ἀπὴρῶντο καὶ πῶς ἂν εἴη Θεῷ ταῦτα κατὰ πρῶτον λόγον ἀρέσκοντα; ἀλλ' ἐν τῷ σχήματι τοῦ ἱερέως ἐφίκεν ἐξεικονίζεσθαι τὰς ἀρετὰς · κάτω ἄνθη καὶ καρποὶ τὰ τῶν ἀρετῶν κατορθώματα, ἅτινά ἐστιν ἐλεημοσύνη καὶ δικαιοσύνη καὶ φιλάνθρωπία, καὶ τῶν ἄλλων ὁ σύστοιχος χορὸς.

NOTÆ.

malis καταρρυθμῆσαι.

(15) Ubi tamen hodie apud τοὺς LXX legitur ὅς pro θεός.

(16) Ita scripsi pro ἐμερίσθησαν, pendet enim ab antecedente προήλθομεν.

Ὅτι (17), φησὶν, μὴ μεταβάλλε ῥήματα Θεοῦ ἅ
ζῶντος· εἰ; Πατέρα, καὶ Υἱὸν, καὶ ἅγιον Πνεῦμα
ἐβαπτίσθης, τί ἀναίρεις (18) τὰ ὀνόματα τὰ ζῶντα
καὶ εἰσάγεις ὀνόματα λογισμῶν, γέννημα λέγων,
καὶ ἀγέννητον, καὶ γεννητὸν, ὃν ἀεὶ, καὶ μὴ ὃν ἀεὶ,
Τούτων ἀνέχεται Θεὸς τῶν ματαίων ῥημάτων; Ἐν
ῥῆμα ἵνα μεταβάλλῃ, προφήτας ποτε ἐκινδύνευσεν
ἀπολέσαι. Καὶ βλέπε ῥήματος μικροῦ ἀκριβολο-
γίαν· Τὰ ῥήματα τῶν προφητῶν τινες ἐκάλουν
ὑπὸ ἀπειρίας (19) λῆμμα Κυρίου· λέγει ὁ Θεὸς
διὰ Ἰερεμίου (20): « Ἐὰν ἐρωτήσῃ σε ὁ λαὸς, ἢ ὁ
ιερεὺς, ἢ ὁ προφήτης, καὶ εἴποι σοι, Τί τὸ λῆμμα;
εἰπέ αὐτοῖς, ὅτι τὸ λῆμμα Κυρίου ὑμεῖς ἐστέ. Ἀφ-
φομαὶ γὰρ ὑμᾶς λῆμμα, καὶ ῥάξω ὑμᾶς, ἵνα μὴ
λέγητε λῆμμα. » Ἐν ῥῆμα ἵνα μὴ μεταποιηθῇ, ἀπει-
λαί ὁ Θεὸς· καὶ σὺ δολόκληρον δογμάτων ἀκρίθειαν;
διαστρέφων νομίζεις διαφυγεῖν τὰς τοῦ Θεοῦ χεῖρας;

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΕΖ'.

Πῶς πρεσβευτὴς ἦλθεν ὁ Χριστὸς παρὰ τοῦ
Πατρὸς;

Edita a Maio (l. c. p. 104.) — De Christo tanquam Patris legato.

Ὅτι ἦλθε, φησὶ, παρὰ τοῦ Πατρὸς ὁ Χριστὸς πρὸς
τοὺς ἀνθρώπους πρεσβευτὴς, ἐσφάγη ὁ πρεσβευτὴς,
καὶ τότε γέγονεν ἡ εἰρήνη. Ἄλλ' οἱ πρέσβεις ἐρχόμενοι
καὶ δῶρα φέρουσι καὶ δῶρα λαμβάνουσι. Ποῖον οὖν
ἔχει φέρων δῶρον, καὶ ποῖον ἀντέλαβε; Παράδοξον τὸ
δῶρον, ὡς καὶ ὁ πρεσβευτὴς παραδόξως τὸ αἷμα αὐτοῦ
φέρων ἦλθε δῶρον· τὸ σῶμα αὐτοῦ ἦλθε φέρων δῶρον·
καὶ τί παρ' ἐμοῦ ἔλαβε δῶρον; Πίστιν· καὶ τί ἀντὶ αὐ-
τῆς μοι παρέσχε; Χάριν. Ἐπίστευσα ἐγὼ· ἐχαρίσατο
ἐκεῖνος· ἐλύθη ἡ ἐχθρὰ· ὁ πρεσβευτὴς ὅταν ἔλθῃ πρὸς
ἔθνος, οὐκ ἀξίος τινι τῶν ἀγοραίων ἢ πενήτων διαλε-
χθῆναι, ἀλλ' εὐθύς τῷ βασιλεῖ πρόσκειται. Οὗτος δὲ ὁ
πρεσβευτὴς ἦλθε, καὶ εὐθύς πόρνη, καὶ ληστῆ, καὶ
τελώνῃ, καὶ μάγοις διηλέχθη. Εἶδες πρεσβευτοῦ φι-
λάνθρωπίαν; οὐ γὰρ πρὸς ἓνα καὶ δεύτερον ἦλθεν,
ἀλλὰ πρὸς τὴν κοινὴν φύσιν. Καὶ ἦλθε τὸ ἐμὸν
περιβεδλημένος ἱμάτιον, ἵνα μὴ γυμνῇ τῇ Θεότητι
παραγνώμενος; φοβήσῃ τὴν θῆραν.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΕΖ'.

Εἰς τὸ ῥητόν (21): « Εἰ τις ἐν Χριστῷ, καιρὴ κτι-
σις· τὰ ἀρχαῖα παρῆλθε, ἰδοὺ γέγονε καιρὸς τὰ
πάντα. »

Editatum a Wolfio vigesima octava (l. c., p. 810-812. Galland. XIII, 750, 751, n. 44.)

Ὅτι φασὶν οἱ Ἕλληνησται, καὶ τὸ Ἰουδαῖον· Τί
κομπάζει Παῦλος; λέγων· « Τὰ ἀρχαῖα παρῆλθε, ἰδοὺ

²¹ Jerem. xxiii, 33. ²² II Cor. v, 17.

NOTÆ.

(17) Quæ sequuntur, ea quomodo huc quadrent,
non admodum video.

(18) Colb. pro ἂν ἐρεῖς.

Ne immutes, inquit, verba Dei viventis. In Pa-
trem, Filium, et Spiritum sanctum baptizatus es.
Quare nomina viva tollis, et nomina cogitationum
tuarum invehis, progeniem, et ingenitum et geni-
tum, semper existens, et non semper existens
appellando? Num vana ejusmodi verba tolerabit
Deus? Periculum olim erat, ne unum verbum ad
pervertendos prophetas periret. Vide vero, quanto-
pere voculæ parvæ ratio habeatur. Prophetarum
verba nonnulli ex imprudentia λῆμμα Domini
vocabant: « Si te interrogaverit populus, aut
sacerdos, aut propheta, et dixerit, Quid sibi
vult λῆμμα? dic illis, Vos estis λῆμμα Domini:
vos enim instar λῆμματος arripiam, et con-
fringam vos, ne dicatis amplius λῆμμα. » Ibi Deus
minas fecit, ne una vox mutetur: tu vero, qui
universam rectamque doctrinarum seriem pervers-
tis, manus Dei effugere te posse opinaris?

QUÆSTIO CLXVI [Coisl. CXCIV, Taur. CLXXXV].

Quomodo Christus legatus a Patre venerit?

Quod venerit Christus a Patre legatus ad homi-
nes, ostendit hoc: interfectus est legatus, et tunc
facta est pax. Sed legati venientes dona ferunt et
simul dona accipiunt. Quale ergo donum ferens
venit, et quale recepit? Mirificum donum, siquidem
mirabilis iste nuntius suum sanguinem in donum
ferens venit. Corpus suum ferens donum venit.
Quodnam autem a nobis donum accepit? Fidem;
et quid pro illa mihi donavit? Gratiam. Ego cre-
didi, ille gratificabat, soluta est inimicitia. Legatus
cum venit ad gentem, non dignatur cum aliquo
plebeo vel paupere conversari, sed cito regi sese
offert. Legatus autem ille veniens statim cum me-
retrice et latrone et usurario et magis conversatur.
Videsne legati philanthropiam? Non enim ad unum
vel alterum venit, sed ad omnes homines, et ve-
niens nostro induitur vestitu, ne, si venisset, divi-
nitate non velata, illius occursum timeamus.

QUÆSTIO CLXVII [Coisl. CXCVI, Taur.
CLXXXVI].

In oraculum illud: « Si quis est in Christo, nova
est creatura; vetera transierunt, ecce nova facta
sunt omnia. »

Gentiles et Judaizantes dicunt: Quid gloriatur
Paulus dicens: « Vetera transierunt: ecce omnia

facta sunt nova : si quis in Christo est, nova est creatura. » Ego enim, inquit, nihil novi video. Nonne vero habes oculos, ut ea perspicere possis? Adesdum, et faciam tibi oculos, ut videas. Tunc vero oculos das? Imo vero. Tunc Conditor es? Utique. Nonne mente captus es? Neutiquam. Oculosne itaque corporis facis? Non sane, sed, quod plus valet, mentis. Itaque et mihi oculos paras? Vel maxime. Nonne vero eos habeo? Minime. Sed tu habes? Utique. Dic, quæso, quomodo? Quod si tu templum ingressus nudum ibi simulacrum, et mutum lapidem videas, dicasque, Hic est Deus, num oculos tunc habes? Neque enim externi oculi quidquam prosunt, quando internis captus es. Vides itaque necesse esse, ut oculos tibi parem, quo lapidem videas esse lapidem, et lignum esse lignum. Oculos habes, ut videns lignum illud dolores? Ego vero illud comburam. Num igitur oculos habes, qui illud, quod comburitur, Deum appelles? Homo aliquis ebrius est, et circumfertur, et deridetur, et ex homine ratione destitutus evadit. Tu vero ais: Ebriositas deus est, Bacchus; furtum deus est, Mercurius. Videsne, oculis tibi opus esse? Lex prava punit; tu vero, ea patrans, nihil sentis. Jam, quæso te, attende quomodo omnia facta sint nova. Creatura in Scriptura vocatur non solum, quando aliquid ex nihilo esse incipit, sed et quando aliquid, quod est, in melius mutatur. Deus cælum condidit, hoc est, fecit aliquid ex nihilo: idem vero etiam creat, quando hominem impium bonum efficit. Atque hic creare idem est, quod aliquid in melius mutare. Audi porro Davidem loquentem. Quoniam enim ille et cor ejus creatum erat, adulterio vero et cæde inquinabatur, et ad cædem ferebatur, Deum precatur, et ait: « Cor novum crea in me, Deus²²; » non quidem, quod ante non habebat cor, sicut nec de cordis essentia, sed de optima, quæ illud ornat, conditione loquitur. Vides itaque quod creatura vocetur non solum, si ex nihilo aliquid existere incipit, sed etiam, si quid quoad essentiam corruptum in melius mutetur. Ita meretrix conditur, si fiat casta; ita rapax, si evadat misericors. Ita in ovem mutatur lupus, et in columbam accipiter. Duo itaque sunt creationis genera. Propterea etiam lavacrum dicitur creatio, lavacrum, inquam, regenerationis. « Exuentes enim, inquit, hominem veterem, induentes autem novum, qui regeneratus est ad imaginem ejus, qui eum condidit. » Vides itaque, quod nova aliqua sit creatura. Quid enim mihi prodest, si cælum fiat novum, et terra nova, ergo vero peccatis inveteravi? Cælum domus est, ego vero in eo diversor et ægroto. Quando medi-

Α γέγονε τὰ πάντα καινὰ· εἴ τις ἐν Χριστῷ, καινὴ κτίσις; Ἐγὼ γάρ, φησί, καινὸν οὐδὲν βλέπω. Οὐ γάρ ἔχεις ὀφθαλμούς, ἵνα ἴδῃς ταῦτα; Δεῦρο, καὶ ποιήσω σοι ὀφθαλμούς, καὶ ὄρασις (22). Καὶ σὺ ποιεῖς ὀφθαλμούς; Ναί. Καὶ δημιουργὸς εἶ; Καὶ πάνυ. Σὺ ἀπονενοήσαι; Οὐχί. Οὐκ οὖν ποιεῖς (23) ὀφθαλμούς τοῦ σώματος; Οὐ· ἀλλὰ τὸ μεῖζον, τῆς διανοίας. Καὶ ποιεῖς μοι ὀφθαλμούς; Μάλιστα. Οὐ γὰρ ἔχω; Οὐχί. Σὺ δὲ ἔχεις; Ναί. Πῶς; εἰπέ μοι. Ὅταν ἀπέλιθῃς εἰς ναὸν, καὶ ἴδῃς ἐκεῖ ξύλον γυμνὸν, λίθον ἀφρονον, καὶ εἴπησ· Οὗτος ὁ θεὸς ἐστίν· ἄρα ὀφθαλμούς ἔχεις; μὴ γὰρ ὀφελὸς τι τῶν ἐξελθόντων ὀφθαλμῶν τῶν ἐνδον πεπηρωμένων; Ὅρας ὅτι χρεῖαν ἔχεις ἵνα ποιήσω σοι ὀφθαλμούς, ὥστε τὸν λίθον σε ἰδεῖν λίθον, καὶ τὸ ξύλον, ξύλον· ὀφθαλμούς ἔχεις, ὅταν ἴδῃς ξύλον, καὶ προσκυνήσῃς· καὶ λαβὼν ἐγὼ, αὐτὸ καύσω. Ἄρα ἔχεις ὀφθαλμούς τὸ καίόμενον θεὸν ὀνομάζων; ὅταν τὰ πάθη θεοποιεῖς, ὀφθαλμούς ἔχεις; μεθύει ὁ ἀνθρώπος, καὶ περιφέρεται, καὶ καταγέλαται· καὶ γίνεται ἀντὶ τοῦ ἀνθρώπου ἄλογος. Σὺ δὲ λέγεις· Ἡ μέθη θεός, ὁ Διόνυσος· ἡ κλοπή θεός, ὁ Ἑρμῆς· ὄρας, ὅτι χρεῖα σοι ὀφθαλμῶν; ὁ νόμος τὰ πάθη κολάζει· καὶ σὺ ταῦτα ποιῶν οὐκ αἰσθάνῃ; εἰ βούλει δὲ, πρόσχε, ὅπως γέγονε πάντα καινὰ. Κτίσις ἐν τῇ Γραφῇ λέγεται, ἢ οὐ μόνον ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγωγῆ, ἀλλὰ καὶ ἢ ἐκ τοῦ ὄντος ἐπὶ τὸ βέλτιον μεταβολῆ. Ἐκτίσαν ὁ θεός τὸν οὐρανόν· τοῦτο ἐστίν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος ἐργάσασθαι· κτίζει, καὶ ὅταν τὸν πονηρὸν ἀνθρώπον καλὸν ἀπεργάσῃται· ἐνταῦθα τὸ κτίζειν ἐστίν ἐπὶ τὸ βέλτιον μεταβολῆ. Ὅρα ἀκουσον τοῦ Δαβὶδ λέγοντος· ἐπειδὴ γὰρ ἦν αὐτὸς καὶ ἡ καρδία αὐτοῦ ἐκτισμένη, ἐβρύπῳθη δὲ τῇ μοιχείᾳ, καὶ τῷ φόνῳ, καὶ πρὸς φθορὰν κατεφέρετο, παρακαλεῖ τὸν θεόν, καὶ λέγει· « Καρδίαν καθαρὰν κτίσον ἐν ἐμοί, ὁ θεός. » Οὐχ ὅτι πρότερον οὐκ εἶχε καρδίαν· οὐδὲ περὶ τῆς οὐσίας τῆς καρδίας λέγει, ἀλλὰ περὶ τῆς κοσμοῦσης αὐτὴν ἀρίστης πολιτείας. Ἰδοὺ τοίνυν κτίσις λέγεται, οὐ μόνον ἢ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγωγῆ, ἀλλὰ καὶ ἢ τῆς οὐσίας διαφθορείσης εἰς τὸ βέλτιον μεταβολῆ· οὕτω κτίζεται σῶφρων ἢ πόρνη, οὕτως ἐλεῆμων ὁ ἄρπαξ· οὕτω μεταβάλλεται εἰς πρόβατον ὁ λύκος, καὶ ὁ ἰέραξ εἰς περιστέραν· δύο κτίσεις. Διὰ τοῦτο καὶ τὸ λουτρὸν κτίσις λέγεται· τὸ λουτρὸν λέγω τῆς παλιγενεσίας. « Ἀποδυσάμενοι γάρ, φησί, τὸν παλαιὸν ἀνθρώπον, ἐνδυσάμενοι δὲ τὸν νέον, τὸν ἀναγεννώμενον κατ' εἰκόνα τοῦ κτίσαντος· αὐτόν (24). » Ὅρα οὖν ὅτι ἐστὶ καινὴ κτίσις. Τί γάρ μοι ὄφελος, ἐὰν γένηται ὁ οὐρανὸς καινός, καὶ γῆ καινὴ, ἐγὼ δὲ ταῖς ἀμαρτίαις πεπαλαίωμαι; ὁ οὐρανὸς αἰὶός ἐστιν, ἐγὼ δὲ ὁ διαιτώμενος ἐν αὐτῷ, καὶ νοσῶν. Ἐὰν ἰατρὸς εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ ἀρρώστοῦντος εἰσέλθοι, καὶ τοῦ μὲν οὐδεμίαν πρόνοιαν λάβοι, λευκαίνει ἐξ

²² Psal. L, 11.

NOTÆ.

(22) Colb. καὶ ὄρας.
(23) Ἰδεῖν, ποίησον.

(24) Coloss. III, 10, ubi tamen hodie codices nonnihil aliter habent.

τοὺς τοίχους, καὶ χρυσογραφεῖ τὸν ὄροφον, οὐκ ἂν εἶπες αὐτῷ, Ἄνθρωπε, ἀνάστησον τὸν νοσοῦντα· τί τὴν οἰκίαν καλλωπίζεις; βοήθησον τῷ κειμένῳ. Καὶ ὁ Χριστὸς εἰσηλθὼν εἰς τὸν κόσμον τοῦτον, ἐν ᾧ κατακειμένην εὗρεν τὴν φύσιν μου νοσοῦσαν, καὶ πρὸς τὴν θεραπεσίαν αὐτῆς ἅπαντα δέχεται τὸν ἀγῶνα, καὶ ἀνακαινίζει, καὶ ἀνορθοῖ τὴν φύσιν. Τί οὖν τὸν Ιατρὸν μέμφῃ, ὅτι μὴ ταῦτα ἐποίησε· τὸν Χριστὸν δὲ πάλιν ὑπὸ μῶμον ποιεῖς, ὅτι ταῦτα ποιεῖ; οὕτω παρελθὼν τὰ ἀρχαῖα· οὕτω γέγονε τὰ πάντα καινὰ· οὕτω καινὴ κτίσις· καὶ μυρία ἂν τις τοιαῦτα ἐπισημάνῃ.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΕΗ΄.

Διὰ τί ὁ Ἀπόστολος, ὅταν περὶ Χριστοῦ διαλέγεται, «θάνατον» καλεῖ τὸν ἐκείνου θάνατον· ὅταν δὲ περὶ [τῆς] ἡμῶν, «κοιμησιν»;

Editarum a Wolfio vigesima nona (l. c., p. 815. Galland. l. c., p. 751, n. 45). — De morte Christi proprio mortis nomine designata apud Apostolum, qui mortem fidelium *somnium* appellavit.

Τί δήποτε, ὅταν μὲν περὶ τοῦ Χριστοῦ διαλέγεται Παῦλος, θάνατον καλεῖ τὸν ἐκείνου θάνατον, ὅταν δὲ περὶ τῆς ἡμετέρας τελευτῆς, *κοιμησιν* αὐτὴν, καὶ οὐ θάνατον ὀνομάζει; Καὶ γὰρ ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ τρίτον μνησθεῖς (25) τῆς τελευτῆς τῶν ἀνθρώπων, οὐδαμοῦ θάνατον λέγει, ἀλλὰ *κοιμησιν* τὴν ἀναχώρησιν λέγει (26). Οὐ γὰρ παρέργως ταύτη κέχρηται τῶν λέξεων τῇ παρατηρήσει, ἀλλὰ σοφόν τι καὶ μέγα κατασκευάζει. Ἐπὶ μὲν οὖν τοῦ Χριστοῦ θάνατον καλεῖ, ἵνα τὸ πάθος πιστώσῃται· ἐπὶ δὲ ἡμῶν, *κοιμησιν*, ἵνα τὴν ὀδύνην παραμυθῆσθαι. Ἐνθα μὲν γὰρ παρεχώρησεν ἡ ἀνάστασις, θαρρῶν καλεῖ *θάνατον*· ἔνθα δὲ ἐν ἐλπίσει ἐτι μένει, *κοιμησιν* καλεῖ· καὶ διὰ ταύτης παραμυθοῦμενος ἡμᾶς τῆς προσηγορίας, καὶ χρηστάς ἐλπίδας ὑποταίμων ἡμῖν· ὁ γὰρ κοιμώμενος ἀναστήσεται πάντως· ἐπεὶ καὶ θάνατος οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, ἢ μακροχρόνιος ὕπνος.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΕΘ΄.

Διατί, ἀφελὶς τὴν ὄρασιν, Ἰσαίας περὶ οὐρανοῦ καὶ γῆς διαλυμβάνει;

